



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Secvnda Classis. In Qva Certorvm Avctorvm Libri, Avt prohibentur, aut expurgantur, aut cautione, explicatione ve adhibita notantur. A

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)

SECUNDA CLASSIS.

IN QVA

CERTORVM AVCTORVM LIBRI, AVT
prohibentur, aut expurgantur, aut cautione, explica-
tioneve adhibita notantur.

A

ABRAHAM Avenarius.

Eius *Introductio in iudicia Astrorum*, qua dicitur, *Principium Sapientiae*. — Item eiusdem Libellus de *Nativitatibus*, à Ioanne Driandro emēdatus, duodecim cœli figurarū significationes cōtinens. Coloniae 1537. — Item alia eiusdem opera, quæ in Latinum convertit Petrus Apponenſis, prohibentur.

ADAM Keller.

Eius *Officia Iuridico Politica*, in filiorum suorum privatum usum concinnata Constantiæ, ex Officina Viduæ Leonhardi Straub. 1608. corrigenda, quæ sequuntur.

Cap. 28. pag. 202. §. *Plura in hunc*, post illud, *Guntberi cap. 3.* dele sequentia, usque ad finem §. — Cap. 11. pag. 262. §. de *S. S. Casarea*, post illud, *Alemmania P. P. fieri ordinasse*, dele usque ad finem §.

ADOLPHVS Mekherch.
Burgensis.

Eius de *Veteri, & recta pronuntiatione Lingue Græcæ commentarius*, cum appendice de *Accentibus Græcorum*. Impressus in Officina Golziana Brugis

Flandricis 1565. — Et emendatior in Editione Plantiniana 1576. ante libros Cassiani. Qui etiam circumferri solet cum Libello, cuius titulus est, *De verâ pronuntiatione Græcæ, & Latine linguae commentarij*. Excudebat Henricus Stephanus, anno 1587. sic corrigendus.

Cap. 7. pag. 30. à medio, post illud, *quæ copiosè, dele usque ad, In hanc rem cum Stephano*, exclusivè. — Quod tantummodo caput in Editione Plantiniana limam postulat. — Eodem capite, pag. 34. sub initium, post illud, *Ac tamen nonnulli, dele usque ad, Tentarunt ex veterum*, exclusivè. — Et paulò inferius, post illud, *Maiore quodam spiritu*, usque ad, *Id sibi tractandum*, exclusivè.

Post cap. 54. pag. 169. expungatur totum Epistolium Typographi ad Lectorem, cuius initium, *Quam in Editione Brugensi, &c.*

ADRIANVS Barlandus.

Eius liber selectas, quasdam epistolas Erasmi Roterodami continens prohib.

ADRIANVS Pulvæus.

I. C. Gallus.

Eius liber de *Nuptijs sine parentum consensu*

C 3 sensu

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
74.

sensu non contrahendis, Parisijs 1587. & 1579. apud Abel Angelier prorsus prohib.

ADRIANVS Turnebus, seu,
Turneus.

Eivs opera collecta, emendata, aucta, & tributa in Tomos tres. Argentorati ann. 1600.

Ex tomo tertio, qui est, *Variarum opusculorum, in quibus de eiusdem viri obitu Orationes, Epistole & Epitaphia continentur.*

Ex ipsa inscriptione, & prima tertij Tomi facie, expunge vocem illam, *Et Epitaphia*. quæ & inferius etiam delenda sunt.

Pag. 76. expunge totum poemam, quod inscribitur, *Ad Soterium*, & incipit, *Te gratias narras*, &c. — Item & aliud, quod inscribitur, *In eundem*, & incipit, *Acceptum gratis*, &c. usque ad Titulum, *Schola Parisiensis*, exclusive. — Pag. 90. in Titulo, *Epistola, quæ verè*, &c. dele inscriptionem cum tota Epistola, quæ incipit, *Quantam Resp.* Estquè Philareti Calani, damnati scriptoris.

Deinde post prædictam Epistolam expunge omnia sequentia Epitaphia & Carmina, quæ continentur à pag. 91. usque ad paginam 98. & usque ad orationem funebrem Leodegarii à quercu. exclusive. — Pag. 97. col. 2. fine dele Titulum, qui incipit, *Adversus eius Carmina*, &c. Et ipsum carmen, quod incipit, *Qui nuper pauco*, &c. — Et p. 98. col. 1. initio, sub titulo, *Aliud*, dele quinque disticha sequentia.

Ex indice vero dele, *Iesuitarum secta*, &c. Et sub voce, *Turnebus*, dele, *Pontificiam Religionem averfatur*. — Et, *Pontificios respuit*. — Et *Vetuit ceremonias funeris*. — Et, *Professio Religionis*. — Et, *Religio*. — Et, *Sollicitudo de funere*. — Et, *Ultima voluntas de sepultura*.

ÆNEAS Sylvius.

Qui, & Pius II. Cuius ea *Acta prohibentur*, quæ Pontifex Pius II. in *Bulla retractationis* damnavit.

Bulla autem Retractionis, ab eodem iam Pontifice edita, habetur Tom. 4. Concil. post Concilij Lugdunen. & Calixti III. ac ipsius Pij II. brevem mentionem pag. 512. editionis Colonienf. ann. 1909. Præfertur etiam initio operum ipsius Æneæ Sylvij. Basileæ, ex Officina Henric Petri-
na 1551. 1571. & eadē Bulla separatim præ-

dierat Venetijs 1564. sub hoc titulo, *Diploma ad universitatem Ecclesie Colonienfis, in quo Augustini exemplo, suaquodam retractat, quæ invenis, ac penè Laicus scripserat.*

Quæ autem illa sunt, quæ Pius in se ipso Æneæ retractavit, indicantur in Bullæ titulo, qui est huiusmodi, Pij Papæ II. *Bulla retractationum omnium dudum, per eum in minoribus adhuc agentem, pro Concilio Basiliensi, & contra Eugenium Summum Pontificem scriptorum.* Et ipse in Bulla de suis scriptis, sic habet. *Verendum est, ne quæ fuerunt Æneæ, dicantur Pij, atque ab ea Sede auctoritatem vendicent, adversus quam ignoranter latraverunt: Et inferius: Si quid adversus hanc doctrinam (de primatu videlicet Romani Pontificis) inveneritis in Dialogis, aut in Epistolis nostris, quæ plures à nobis sunt editæ, aut in aliis opusculis nostris, respuite atque contemnite. Æneam rejcite, Pium recipite.*

Illi igitur Libri ab Ecclesia censentur prohibiti, quos pro Concil. Basil. scripsit, qui inscribuntur, *De gestis Basiliensis Concilij* Sunt autem duo, sexaginta folijs constantes, cum Præfatione eiusdem auctoris, quæ incipit: *Nescio quæ mea calamitas*, &c.

ALBERTVS Krantz.

Seu, *Krantz*, seu, *Krantzius* Hamburgensis.

Notandum, in *Chrantzii* operibus, quavis non pauca censura, & animadversione digna reperiantur; longè tamen plura in Notationibus marginalibus legi, quæ malignè à sectariis additæ, Romanæ Sedis Maiestatem, ac Fidei sinceritatem propius tangunt. Propterea expungenda littera N. indicata, ne toties necesse sit, *Notam* marginis repetere.

Eivs Saxonia, Colon. 1520. & 1574. Francof. ad Mœnū apud Antonium Vvechelum, 1575. & 1580. & ibidem apud Quentelum 1595. & Lipsiæ 1563.

In Præfatione Nicolai Cifneri, adhibe Cifnero notam damnati auctoris. — Et pag. 6. ante medium, post illud, *compleveruntur. Itaque, dele usque ad illud, qui diligenter isimè primas gentium*, exclusive. Ibidem mox post illud, *origines investigarunt*, dele usque ad, *Caspar Peucerus, Reinerus Reineccius*, exclusive. — Pag. 8. eius Præfationis initio, post illud, *Hæsis occupatas, arbitrat*, dele usque ad, *Caspar Peucerus, qui tamen,*

tamen, exclusive. — Pag. 11. eiusdem Præfationis à medio, post illud, *Illas mutationes sedium*, dele usque ad, *eorum populorum*, exclusive.

Lib. 2. cap. 1. pag. 29. versus finem, post illud, *Ex victoria amplificare* dele usque ad illud, *Karolus erat, qui*, exclusive. Ibidem dele notam marginis, *Constantini donatio fabulosa*. — Cap. 5. pag. 31. ad medium, dele Notam marginis, *Monachismus depositionis genus*.

Lib. 3. cap. 1. pag. 55. ad medium, post illud, *Christiana salutis DCCCCXX*, dele usque ad finem Capitis. Ibid. dele, *Romani Pontificis non tam*, &c. — Cap. 3. pag. 61. ad medium, post illud, *Nondum tamen baptizatus*, dele usque ad finem capitis. Ibidem dele N. *Sylvestri fabula*. — Cap. 3. pag. 65. initio, expunge N. *Sacerdotium capitis diminutio*. — Cap. 4. pag. 67. prope medium, post illud, *Optimos Principes honore suo*, dele usque, *Romanorum sine controversia*, exclusive. Ibidem dele N. *Papalis consecratio*, &c. — Cap. 20. pag. 75. à medio, post illud, *Non diu post dimittitur*, dele usque ad finem capitis. — Ibidem expunge N. *Episcopi Sparta*, &c.

Lib. 4. integra duo capita, decimum, & undecimum pag. 85. & 86. cum notis etiam marginalibus expungantur. — Cap. 26. p. 94. à medio, post illud, *Primus illud instituit*, dele usque ad, *Sed hic fuit exitus Ottonum*, exclusive.

Lib. 5. cap. 8. pag. 110. à medio, post illud, *Libnici videbimur*, dele usque ad, *Tum nobilem matronam*, exclus. — Ibidem dele N. *Papalissima*, &c. — Cap. 13. pagina 115. ad finem, post illud, *De dispensatione fieret*, dele usque ad, *Ad Matildam revertamur*, exclus. — Cap. 37. pag. 131. ante medium, post illud, *In locum unde prodierat*, dele usque ad finem capitis. — Ibidem dele N. *Papa Sanctissimus*, &c. — Cap. 38. pag. eadem in medio, dele N. *Facere mala*, &c. — Cap. 39. pag. 132. versus finem, expunge N. *Solvendi, & ligandi*, &c.

Lib. 6. cap. 16. pag. 146. sub finem, post illud, *Romam eius gratia perduxit*, dele usque ad, *Rex ergo profectus prosperè*, exclus. — Ibidem dele N. *Annate novum*, &c. — Cap. eodem pag. 147. à medio dele N. *Pontifex admodum*, &c. — Cap. 17. pag. eadem in fine, dele N. *Benedictio Pontificia*, &c. — Cap. 18. pag. 149. ad medium, dele N. *Parum rivalium*, &c. — Cap. 22. pag. 151. à medio, dele N. *Lubecensis Episcopus*, &c.

— Cap. 46. p. 167. ad finem, dele N. *Amant primas*, &c. — Cap. eod. pag. 168. sub initium, dele N. *Ninus Monachi*, &c. — Cap. 47. pag. eadem, ad finem, dele N. *Imperator & Pontifex*, &c. — Cap. 51. pag. 171. sub initium, post illud, *Semper perseveremus*, dele usque ad finem capitis. — Ibid. dele N. *Pontifices sensim*, &c.

Lib. 7. cap. 13. pag. 182. in medio, dele N. *Evangelium armis*, &c. — Cap. 33. p. 196. ad medium, expunge N. *Papa, & Imperatoris*, &c.

Lib. 8. cap. 14. pag. 211. ad medium, post illud, *In Metropoli posuimus*, dele usque ad, *Fridericus interea*, &c. exclusive. — Cap. 21. pag. 215. à medio post illud, *Taurinum & alteram*, dele usque ad, *Studit huic principi*, exclus. — Ibid. dele N. *Imperium à Papa*, &c. — Cap. 28. pag. 221. ante medium, dele notam marginis, *Facultatum aucupium Episcopus*, &c. — Cap. 32. pag. 223. ante medium, dele N. *Ecclesia veri*, &c. — Cap. 36. pag. 225. sub initium, post illud, *Eccè duo gladij hic*, dele usque ad, *Sequenti tamen anno*, exclus. — Ibid. dele duas Notas marginis, *Papa in theatro*, &c. Et tanta nè animis, &c. — Cap. 37. pag. eadem à medio, expunge N. *Reges Pontificem*, &c.

Lib. 9. cap. 1. ad finem pag. 230. initio, post illud, *Tunc eijciuntur*, dele usque ad finem capitis. — Ibidem dele N. *Ita livindicta*, &c. — Cap. 5. pagina 232. post medium, expunge N. *Celibatus lex*, &c. — Cap. 7. pag. 234. initio, post illud, *Apparuisse multi scribunt*, dele usque ad, *Hic fuit exitus Imperatoris*, &c. exclusive. — Ibidem dele N. *Eucharistia veneno*, &c. — Cap. 10. pag. 236. ante medium, post illud, *Circumferre in omnia pericula*, dele usque ad, *Gerhardus igitur*, exclusive. — Ibidem in nota marginis, *Virginis imaginem in collo appendi*, *Sylla exemplo*, dele, *Sylla exemplo*. — Cap. 15. pagina 240. initio, post illud, *Imperij tum sunt visa*, dele usque ad finem capitis. — Ibidem dele N. *Papa nimia*, &c. — Cap. 28. pagina 249. à medio, post illud, *A vinculis excommunicationis absolutus exiit*, dele usque ad, *Quo tempore etiam*, exclus. — Ibidem dele N. *Papa in disciplinam*, &c.

Lib. 10. cap. 2. pag. 260. ante medium, post illud, *Se opposcentes*, dele usque ad, *Interim moritur Moguntinus*, exclusive. — Ibid. dele N. *Papa pecuniam imperatam*, &c. — Cap. 4. pag. 261. ante medium, dele N. *Duo Papa rivalet*. — Cap. 11. p. 265.

C 4 ad

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

ad finem, tolle N. *Vrbani Papa non tolerandus*, &c. — Cap. eodem pag. 266. post initium, dele N. *Episcopi Cardinales creati*, &c. — Cap. 25. pag. 275. ante medium, dele notam, *Ecclesie amplificanda digna*, &c. — Cap. 36. pag. 282. ad medium tolle N. *Consuetudine auctoria*.

Lib. 11. cap. 12. pag. 292. initio, dele N. *Ecclesiam locupletare*, &c. — Cap. 20. pag. 297. sub initium, dele N. *Concilium Papa*, &c. — Ibidem versus finem pag. dele N. *Concilij iussa in*, &c. — Cap. 30. pag. 305. sub initium, post illud, *Pacem Ecclesie reddidisse*, dele usque ad finem capitis. — Ibidem dele N. *Annotis Papa*, &c. — Cap. 33. pag. 307. ante medium, post illud, *Vix penetravit ad Urbem*, dele usque ad, *Sed Fridericus nimium*, &c. exclusiue. — Ibid. dele N. *Papa Imperij*, &c.

Lib. 12. cap. 1. pag. 310. à medio, dele N. *Papa venalis*, &c. — Cap. 27. pag. 327. à medio, dele N. *Qui dixit, Aurum*, &c. — Cap. 28. pag. 328. ante medium, post illud, *capit res inueneri*, dele usque ad, *Missa litteris & nuntijs*, exclusiue.

Lib. 13. cap. 8. pag. 339. ante medium, dele N. *Ecclesiasticis bellum*, &c.

Huius autem Saxonice Historie continuatio, per studiosum quendam, Witebergæ, apud Hæredes Cratonis 1585. prohibetur, nisi expurgata prodeat.

EIVSDEM Wadalia. Franc. ex officina Typographica Andree Wecheli 1580 quæ etiam plurimū est vitata notis marginalibus additis ab aliquo Sæctario.

Post inscriptionem opetis dele totam Epistolam Andree Wecheli ad Hubertum Languetum, Typographi malæ fidei.

Lib. 2. cap. 18. pag. 36. à medio, dele notam marginis, *Russi Christiani non*, &c. — Cap. 23. pag. 39. ad finem, dele notam, *Vos autem non*, &c. — Cap. 25. pagina 40. à medio, dele notam, *Hoc in Saxonum Episcopis*, &c.

Lib. 4. cap. 3. pag. 80. ad finem, dele notam, *Sacerdos bellator*, &c. — Cap. 9. pag. 84. ante medium, tolle notam, *Episcopo grave videtur*, &c. — Cap. 10. pag. 84. in medio, dele notam, *Immo iustum, & equum*, &c. — Cap. 12. pag. 85. ad finem, tolle notam, *Gratis accipiunt*, &c. — Cap. 14. pag. 87. ante medium, dele notam, *pietatem quæsum*, &c. — Cap. 19. pag. 90. ante medium, dele notam, *Nihil tale sacris litteris*, &c. — Cap. 23. pagina 93. ante medium, dele notam margin. *Et Romanenses Deum*,

&c. — Cap. 36. pag. 100. in medio, in notam, *Principes Episcopis*, &c. dele illa postrema verba, *Sacerdotum placitum*. — Cap. 38. pag. 101. ad finem, dele notam, *Non bene consultur Ecclesie*, &c. — Cap. 39. pag. 102. ante medium, dele notam, *Episcopi ad rem*, &c. — Cap. eodem, & pag. eadem ad medium, dele notam, *Episcoporum iugum non*, &c.

Lib. 5. cap. 11. pag. 109. à medio, dele notam, *Episcopus tandem Principi*, &c.

Lib. 6. cap. 18. pag. 138. à medio, dele notam, *Episcopus humanis hostijs*, &c. — Cap. 20. pag. 139. ante medium, dele notam, *Episcopo digna*, &c. — Cap. 24. pag. 141. versus finem, post illud, *inclaruere Christi mirabilia*, dele usque ad finem capitis. — Ibidem dele notam, *infecta scilicet pro*, &c. — Cap. 35. pag. 147. ad medium, dele N. *Excommunicationis iniqua*, &c. — Cap. 37. pag. 148. ad medium, tolle N. *Sic Traditionum bona pars*, &c.

Lib. 7. cap. 6. pag. 152. in medio, tolle N. *Papa*, &c. — Cap. 21. pag. 189. ante medium, dele margin. *Italie Provincias*, &c. — Ibidem paulò inferius, dele N. *Cathedra Romana*, &c. — Cap. 22. pag. eadem, versus finem, dele N. *Huc nempe locum torquent*, &c. — Cap. 38. initio, pag. 167. à medio, post illud, *Adversus fratres mendicantes*, dele usque ad, *Occasione sumpta*, exclusiue. — Ibidem, dele N. *Monachorum mendicantium*, &c. — Cap. 40. pagina 169. ad medium, dele N. *Clerus iuris servandi*, &c. — Cap. 42. pag. 171. ante medium, dele N. *Potest ne Christianus*, &c. — Cap. 44. pag. 172. à medio, post illud, *Fratres habuit adherentes*, dele usque ad, *Archiepiscopus Bremensis*, exclusiue. — Ibid. dele N. *Fr. mendicantes seditionem*, &c. — Cap. 49. pag. 176. sub initium, post illud, *Mare magnum accipiunt*, dele usque ad, *Per eadem tempora*, exclusiue. — Ibidem, dele N. *Fratres mendicantes in suos*, &c. — Cap. 54. pag. 179. ante medium, dele N. *Beneficium Florentinis*, &c.

Lib. 8. cap. 2. pag. 179. in fin. post illud, *Romano Imperio censeretur*, dele usque ad illud seq. pag. sub initium, *La Koldus autem*, exclusiue. — Pag. 180. initio, dele N. *Iudica Lector utri torqueant*, &c. — Et mox ibid. paulò inferius, dele aliam N. *Cordati Principes*, &c. — Cap. 7. pagina 183. ante medium, dele N. *Clerus ad capiendum*, &c. — Cap. 10. pag. 185. ante medium, dele N. *Papa impiorum auxilia*, &c. — Cap. 11. pagina

gina 185. in fine, dele N. *Dictatoria Papa potestas*, &c. — Cap. 16. pag. 188. à medio, post illud, *Usque ad novissimum diem*, dele usque ad, *Sed fratres ex adverso*, exclus. — Ibid. dele N. *Sorbona Papa*, &c. — Cap. 29. initio, pag. 194. in medio, in N. *Seceta Flagellantiu*, &c. dele illud, *Quales feri Rome etiam num. visuntur*. — Cap. 43. pagina 202. ad medium, post illud, *Nequit solveretur*, dele usque ad, *Oberat per idem pns*, exclus. — Ibid. dele N. *Papa decimam decimarum*, &c.

Lib. 9. cap. 2. pag. 204. ante medium, dele N. *Papa Ecclesiarum*, &c. Et mox ibidem, dele Notam, *Episcopus cum mendicantibus*, &c. — Cap. 8. pag. 207. in fine, dele N. *Opes in Ecclesia*, &c. — Cap. 11. pag. 209. ad fin. dele N. *Clericorum inter se de Imperio*, &c. — Cap. 12. pag. 110. à medio, post illud, *Sub Altaris velamento mirabilia*, dele usque ad, *Nisi quid clarescente*, &c. exclus. — Ibid. dele N. *Avaritia postquam concepit*, &c. — Cap. 28. pag. 219. à medio, tolle N. *Papa ordini extraordinario*, &c. — Cap. 34. pag. 222. vers. fin. dele N. *Dictatorium Papa imperium*.

Lib. 10. cap. 2. pag. 227. ante medium in Nota margin. *Doctrina à Pontificis damnata*, &c. dele, *A Pontificis*. — Et paulò inferius, dele notam, *Calicis usus in Evangelio*, &c. — Cap. 9. pag. 230. à medio, tolle notam, *Hereses insinulati*, &c. Cap. 21. pag. 237. ante medium, dele notam, *Ecclesia Romana*, &c. — Ibid. paulò inferius, dele, *Papatus arte*, & vi, &c. — Cap. 25. pag. 240. ante medium, dele notam, *Papa matrimonium ab*, &c. — Cap. 29. pag. 242. à medio, tolle notam, *At illi quiete hodie*, &c. — Cap. 33. pag. 245. sub initium, dele notam, *At Catholici habentur*, &c. — Cap. 37. pag. 247. initio, dele notam, *Senatus Pragensis*, &c. — Cap. 40. pag. 248. in fine, dele notam, *Monachi, teste*, &c.

Lib. 11. cap. 6. pag. 252. ante medium, post illud, *Ortum restringere*, dele usque ad, *Sed inexcusabilis ignavia*, exclus. — Ibid. dele notam, *Clerus Romanensis*, &c. — Cap. 9. pag. 254. initio, dele notam, *Vestra vero qualis*, &c. — Cap. 17. pag. 257. in medio, post illud, *Vel quod ab Ecclesiasticis*, dele usque ad, *Non adiuvaretur*, exclus. — Ibidem, dele notam, *Imperij patrimonium*, &c. — Cap. 23. pag. 261. initio, dele notam, *Nullas etiam unquam facturi*, &c. — Ibid. paulò inferius, dele notam, *Papa concilium suis rationibus*, &c. — Cap. 24. ead. p. 261.

ad medium, dele notam, *Cur ergo initio exasperati*, &c. — Cap. 25. dicta p. 261. à medio, tolle notam, *Mitius cum Hussitis*, &c. — Ibid. in fin. pag. dele notam, *Cum Pontificis non nisi*, &c. — Cap. 26. p. 262. ante med. dele notam, *Et Papa opes*, &c. — Ibid. paulò inferius, dele notam, *Caput Ecclesia partium*, &c. — Cap. 27. ead. pag. 262. à medio, post illud, *Italicas vires praescinderent*, dele usque ad, *Interea Sigismundus*, exclus. — Ibid. dele notam, *Vnde inchoanda sit Ecclesia*, &c. — Cap. 33. pag. 265. in fine, dele notam, *Fecerunt vim propulantes*.

Lib. 12. cap. 1. pag. 271. à med. tolle N. *Fuci vacua alvearia*, &c. — Cap. 4. p. 273. à med. dele N. *Audite ergo tandem Gamalielis*, &c. — Cap. 6. p. 275. initio, dele N. *Papa ab Ecclesia*, &c. — Cap. 7. ead. p. 275. in fin. dele N. *Sed cur tandem verba*, &c. — Cap. 19. p. 282. ad fin. dele N. *Pontificium, anathema pradis*, &c. — Cap. 21. p. 284. initio, dele N. *Cum impio sedus inire*, &c. — Cap. 24. pag. 285. à med. dele N. *Pontificis bruta fulmina*, &c. — Cap. 30. pag. 288. à medio, dele, *Verbum crucis vera*, &c. — Ibid. paulò inferius, dele N. *Ementita huiusmodi visa*, &c. — Ibid. ad fin. eiusd. p. dele N. *Huc illius ergo venimus*. — Cap. eod. p. 289. initio, dele N. *Et ridiculi hodie fierent*, &c. — Cap. 33. ead. p. ad fin. dele N. *Papa longiores, quam*, &c. — Cap. 37. p. 292. sub init. dele N. *Reddiere quae sunt Caesaris*, &c.

Lib. 13. cap. 1. p. 294. post initium, dele N. *Furum furta, fures*, &c. — Cap. 5. pag. 295. in fine, post illud, *Quod annatam Papa acciperet*, dele usque ad, *Itaque in eo nodo*, &c. exclus. — Ibid. dele N. *Papa tyrannis noscitur*, &c. — Cap. 8. p. 297. à medio, dele N. *Catholica Ecclesia non*, &c. — Cap. 19. p. 304. sub initium, post illud, *Pervenerit expurgiscatur*, dele usque ad illud, *Rex ipse Neapolitanus*, &c. exclus. — Cap. 20. ead. p. 304. statim à medio, post illud, *Perfutissimo pacifice agere*, dele usque ad, *Sed ille iniuriam suam*, exclus. — Ibid. dele N. *Indulgentiarum populis*, &c. — Cap. 22. pag. 305. propè medium, ibi, *illum divenderet Summo Pontifici*, pro, *divenderet*, rescribe, *mitteret*. Et post, *Pontifici*, dele usque ad, *Per quam occasionem*, &c. exclus. — Ibidem dele N. *Papa cum Turco commercium*. — Cap. 41. pag. 315. ad finem, tolle N. *Sirenis ex Sacerdotibus*, &c.

Lib. 14. cap. 6. pag. 319. ad finem, dele N. *Papa imperium verbo*, &c. — Cap. 17. ad fin.

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
74.

ad fin. pag. 325. à medio, post illud, *In locum Sterneberg*, dele usque ad, *Multiplicantur oblationes*, exclus. — Ibid. dele N. *Hæc adiecta fidem narrationis*, &c. — Cap. 26. pag. 330. initio, dele N. *Ecclesia est in Rep. non*, &c. — Cap. 31. pagina 333. ante medium, tolle N. *Questores Indulgentiarum*. — Ibid. in medio, post illud, *Sub excommunicationis lata sententie pœna*. dele usque ad, *Profectus inde Cardinalis*, &c. exclus. — Ibid. dele N. *Curvero tot laqueis*, &c. — Cap. 33. pag. 336. ante medium, dele N. *Religionis avita omnes*, &c. — Cap. 34. p. 337. ad finem, dele N. *Hæc omnia Lector, ut sis sciens*, &c.

EN INDICE, dele, *Christianorum clades* Papa, &c. — *Ecclesia Cathol. in Oriente*, &c. — *Ecclesia Romana, vel Triceps* &c. — *Ecclesia non prodest variorum*, &c. — *Ecclesie opes efficiunt, ne plebeius*, &c. — Ibi, *Egra, locus*, &c. — *Cum Pontificijs*, &c. — *Rescribent, cum Catholicis*, &c. — *Episcopo decorum est certare*, &c. — *Episcopi bellicæ duces Arenui*. — *Episcopi in decimis exigendis*, &c. — *Episcopi se Principibus*, &c. — *Episcopis facultates si adimantur*, &c. — *Eucharistiam utraque specie*, &c. — *Germanica Ecclesia non fuit*, &c. — *Græci Latinos in Symbolo Niceno*, &c. — Ibi, *Husita magnis conditionibus*, &c. — *antequam se Pontificijs*, &c. — *scribere, Catholicis*. — *Husita unam omnium Christianorum*, &c. — *Imaginem impiæ à Christiano*, &c. — *Indulgentiarum questor*, &c. — *Indulgentiarum questores*, &c. — *Interdictum Papa exigit*, &c. — *Interdictum Papa opes, præda*, &c. — *Italiam Papa, & alij*, &c. — *Miraculum hostie, quod prudentiores*, &c. — *dele, quod prudentiores*, &c. — *Miracula de Eucharistia*, &c. — *Miracula ultra rei fidem*, &c. usque ad, *Mesizla*, exclusivè. — *Monachi mendicantes*, &c. — *In suos fundatores*, &c. — *Monachi Mendicantes hoc sunt in Ecclesia*, &c. — *Monasteria vacua*, &c. — *Papa de Provincijs Italicis*, &c. — *Et deleantur deinceps omnia, quæ sub verbo, Papa, continentur, usque ad illud, Parentes senio confectos*, &c. exclusivè. — *Questor Indulgentiarum*, &c. — *Beneficium Florentinorum*, &c.

ELVSDEREGNORVM AQVILONARIVM, Danie, Suecie, Noruegie, Chronica. Argentina, apud Scotum 1545. & Francofurti ad Moenum, apud heredes Andreæ Wecheli 1583. cum Iacobi Ziegleri Schondia, seu, Schandia.

In prima operis inscriptione, post illud, *Iacobi Ziegleri*, adde, *auctoris damnati*. Et post vocem, *descriptio*, adde, *cum expurgatione permessa*. — Ibid. post illud, *Ioan. Wolphij* l. C. adde *auctoris damnati, cum expurgatione tamen permessa*.

In Præfatione Ioannis Wolphij, pag. 7. à medio, §. *Optimi enim Libri*, &c. post illud, *Et artium exilium*? dele usque ad illud, *Fuit ea res olim*, exclus. — Pag. 8. eiusdem Præfar. à medio, §. *Porro sicut Crantzius*, &c. post illud, *Vita flagitijs debortaretur*, dele omnia usque ad illud, in fine eiusdem paginæ *Vt nihil dicam de alijs*, exclus. — Pag. 11. ad finem, §. *Sic igitur non solum*, &c. post illud, *Ita mendacis aspersæ, ut auctores*, dele parenthesis, usque ad, *Melius operam collocassent*, exclus. — Pag. 12. ante medium, §. *Tentarunt nostræ ætate*, &c. ibi, *Wulchius, Philippus & ex eo*, dele, *Philippus*. — Et mox, post illud, *Et alij plurimi*, dele usque ad, *Quid sint assecuti*, exclus. — Pag. 13. versus finem, §. *Sic igitur spero*, &c. post illud, *Visum mihi fuit*, dele usque ad, *Iacobi Ziegleri Bavari*, exclus. — Ibid. paulò inferius, post illud, *Dimensa, atque descripta*, dele usque ad, *Sicut etiam, quod*, exclusivè. — Pag. 15. ad finem Præfationis, post illud, *Pace, & tranquillitate*, dele usque ad, *Firmissima valetudine*, exclus.

IN DANIA, Lib. 4. cap. 23. ad finem, pag. 185. ante medium, dele N. *Præam Religionem*, &c.

Lib. 5. cap. 18. pagina 108. ad finem, dele N. *Martyr Christi nimium*, &c. — Cap. 20. ad finem, pag. 110. ante medium, post illud, *Vis erat pro lege*, dele usque ad, *Rex cognita populi*, exclusivè. — Ibidem, dele *Notam, Canones, quàm* &c. — Cap. 24. in fine, pag. 112. versus finem, dele *Notam, Pontificum etiam perfidia*, &c. — Cap. 33. pag. 117. in medio, post illud, *Minister annuerat*, dele usque ad, *Quo etiam tempore*, exclus. — Ibid. dele N. *Rectè sua, non*, excl.

Lib. 6. cap. 12. ad finem, pag. 134. à medio, dele N. *Minaces Pontifices* &c. — Cap. 35. in fine, pag. 146. à medio, tolle N. *Christianissimus in plebem*, &c.

Lib. 7. cap. 7. pag. 160. ante med. post illud, à *Rege & proceribus*, dele usque ad, *Persuasus ille credidit*, exclus. — Ibid. dele N. *Eundem Regem esse*, &c.

Lib. 8. cap. 30. pag. 191. in fine, ibi, *Qui promulgatis Indulgentijs in causam*, releribe, *Qui promulgabat Indulgentias in causam*. — Et mox initio pag. sequent. 192. post

post illud, *Expeditionis in Turcam*, dele usque ad, *Erat tam annus*, &c. exclusiv. — Ibid. dele N. *Indulgentiarum aucupij*, &c. — Cap. 33. pag. 193. à medio, post illud, *Indignationem præferbat*, dele usque ad, *Gerardus autem*, &c. exclus. — Ibidem dele, N. *Indulgentiarum questor*, &c.

IN SVECIA.

Lib. 5. cap. 40. pag. 312. ante medium, post illud, *Marinum de Fregeno*, dele usque ad, *Hunc Rex quoque adortus*, & post, *adortus*, dele usque ad, *Pactus in reliquum*, exclusiv. — Ibidem dele N. *Quod non capit Christus*, &c.

IN NORVAGIA.

Lib. 4. cap. 4. in fine, pag. 399. in medio, dele N. *Papam in castris esse*, &c.

IN BELLO DITHMARSICO.

Lib. 1. pag. 425. prope medium, §. *Erat ingitur post partem*, &c. post illud, *Vita humanis erumnis*, dele usque ad, *Natura concessit*, exclus. Et post, *concessit*, dele usque ad, *Qui sane Princeps*, exclus.

Ex IACOBI ZIEGLERI, Schondia, seu Schandia, quæ reliquo operi accessit.

Appone Zieglerio suam notam. Deinde corrige.

In Laponia, pag. 482. à medio, post illud, *Evilesere rursum fecerunt*, dele usque ad, *Ioannem Gothum Episcopum audiui*, exclus.

EX EXCIDIO HOLMENSIS.

Pag. 504. ad medium, §. *Is ergo irritator etiam*, &c. dele N. *Episcopus bella gerere*, &c.

Ex indice dele, *Indulgentiarum questor partem*, &c.

EIVSDEM Krantzij Metropolis, quæ est, *Historia Ecclesiastica*, Basil. apud Oporin. 1548. & Francof. apud Hæredes Andree Wecheli. 1576. & 1590.

In operis inscriptione, post illud, *Quam ante edita*, dele usque ad, *Addito Indice locupletissimo*, exclus.

Deinde expungatur tota Præfatio Ioannis Wolphij ad Iulium Episcopum Herbipolitanum, cui initium, *Reverendissime Princeps*, &c.

Lib. 1. cap. 10. pag. 10. numero margina-

li 10. post illud, *Visa est terram operuisse*, dele usque ad, *Vicinusque fuerit*, exclus. — Ibidem dele N. *Fabulas à veris narrationibus*, &c. — Cap. 25. pag. 18. num. 40. dele N. *In Dinorum numerum*, &c. — Cap. 26. pagina 49. num. 10. dele N. *Pontifices initio à Principibus*, &c. — Cap. 34. pag. 24. num. 20. dele N. *Invidia, & odio viri*, &c.

Lib. 2. cap. 1. pag. 31. initio, dele N. *Hunc annorum numerum*, &c. — Cap. 21. pag. 33. initio, dele N. *Multa in Martyrum*, &c. — Cap. 34. pag. 34. quæ errore est 28. numero 10. post illud, *Qui tempora Constantini attingit*, dele usque ad finem, §. & num. 35. sequentem, exclus. — Ibidem tolle N. *Falsa historia quantumvis*, &c. — Cap. 61. p. 36. num. 30. expunge N. *Imperatoris auctoritas*, &c. — Cap. 83. pag. 38. num. 30. tolle N. *Simonia Romana Sedis*, &c. — Cap. 20. p. 53. num. 30. tolle N. *Turpe, sed frequentissimum*, &c. — Cap. 22. pag. 54. initio, expunge N. *Ecclesie caput diu*, &c. — Cap. 27. pag. 57. initio, dele N. *Pontificum studia minime*, &c. — Cap. 29. ead. pag. 57. num. 50. tolle N. *Fuit olim necesse*, &c.

Lib. 3. cap. 20. pag. 72. num. 10. dele N. *Et nitentur non scriptis*, &c.

Lib. 4. cap. 10. pag. 94. num. 40. expunge N. *Deglutientes Camelum*, &c. — Cap. 33. pag. 109. initio, dele N. *Qui excommunicati*, &c.

Lib. 5. cap. 1. pag. 116. à medio, tolle N. *Papa in Papam*, &c. — Et inferius, expunge aliam N. *Neque tamen Papa errat*. — Eodem cap. pag. 119. ante medium, dele N. *Papa à Diabolo*, &c. — Cap. 16. pag. 129. num. 40. post illud, *Fugit Mersburgum*, dele usque ad, *Diem clausit extremum*, exclus. — Ibidem, expunge N. *Rodolphus moribundus, quam recte*, &c. — Cap. 21. pag. 133. num. 50. in N. *Atrocissima Henrici scelera, si non conficta*, dele. *si non conficta*.

Lib. 6. cap. 12. p. 149. num. 40. post illa verba, *Quæ nunc est formam*, dele usque ad, *In universum loquor*, &c. exclusiv. — Cap. 27. pag. 157. num. 40. post illud, *Ad prædicandum, & baptizandum*, dele usque ad, *Cæperant Wandali*, exclus. — Ibidem, dele N. *Quæ hodie faciunt*, &c.

Lib. 7. cap. 1. pag. 170. initio, tolle N. *Sic Papa est superior*, &c. — Cap. 10. pag. 174. num. 50. dele N. *Ecclesia zelus qualis*, &c. — Cap. 42. pag. 193. num. 10. post illud, *Fructum renovant in Ecclesia*, dele usque ad, *Redeundum ad Mindensem*, exclus. — Ibid. dele N. *Monachis mendicantibus*, &c.

Lib.

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

Lib. 9. cap. 34. pag. 253. num. 30. expunge N. *Rome rara continentia virtus.*

Lib. 10. cap. 27. pag. 281. num. 10. dele N. *Ut in Politia, sic & Ecclesia, &c.* — Cap. 45. pag. 290. initio, dele N. *Ecclesia, vel nulli, vel, &c.* — Cap. 47. pag. 291. initio, tolle, N. *Pontifex indulgentijs conferendis, &c.*

Lib. 11. cap. 1. pag. 293. quæ errore est 793. initio expunge N. *Deus, & Sancti hominum.* — &c. Cap. 8. pag. 297. num. in Nota marginis, *Iohannis Husij blasphemie, si Djs placet, dele, si Djs placet.* — Cap. 10. pag. 298. in fine, post illud, *Fecit inauditas, dele usque ad, Et à multis Apostolica, &c.* — lb. dem expunge N. *Papa Bonifacius auri, &c.* — Cap. 15. pag. 301. initio, tolle N. *Christo neglecto, mater, &c.* — Cap. 16. eadem pag. 301. num. 30. expunge notam marginal. *Præceptum Christi de coniuge, &c.* — Cap. 19. pag. 303. num. 10. tolle N. *Pontifex ad se transferens, &c.* — Cap. 24. pag. 305. num. 20. dele N. *Christi verba de hominibus, &c.* — Cap. 28. p. 307. num. 30. expunge N. *Bohemi nullos agnoscunt, &c.* — Cap. 36. pag. 312. initio, dele, N. *Auctoritas Concilij Pontificis, &c.*

Lib. 12. cap. 15. pag. 328. in fine, expunge N. *In Episcopis non Religio, &c.* — Cap. 16. pag. 329. num. 20. tolle N. *Nicolaus Pentzius ob nummorum, &c.* — Cap. 29. pag. 335. num. 30. post illud, *Aures Pontificis Romani, dele usque ad, Sed hac interim, exclus.* — Ibidem dele, N. *Aurum pro plumbo, &c.*

Ex Indice, dele, *Romana Sedes plumbum, &c.*

ALBERTVS Magnus.

EIVS nominis Libellus, de *Secretis mulierum*, falsò illi adscriptus, cuius verus auctor dicitur Ioannes Rex Aragonù: sive quis alius; qui ut Libellù speciosorem redderet, Regis nomine indigebat. Prodiit vero Liber etiam cum còmento, Venetijs 1508. — Et idem Scholij auctus, cum adiecto Michaelis Scoti opusculo, de *Secretis naturæ*. Lugduni 1580. — Item eiusdem Alberti nomine Libellus, de *Virtutibus Herbarum, Lapidum, & Animalium* quorundam; qui etià inscribitur, *Liber Secretorum*, qui omnino alius est ab illis Libris viginti de *Animalibus*, Germanis eiusdem Alberti. — Item & alij, qui inscribuntur, de *Natura Animalium quadrupedum, Avium,*

Piscium, de Arboribus, Herbis, Lapidibus pretiosis, Metallis, & Cosmographia. — Item eiusdem alius, *De mirabilibus mundi.* — Item alius, *De Magia, & Aggregationis.* Qui Libri omnes prohibentur, tum, quod falsò illi credantur adscripti; tum, quod minimè digni censeantur auctore tanto sapientissimo, ac religiosissimo.

ALBERTVS Pighius Campensis.

EIVS Libri decem, de *Libero arbitrio*, contra Calvinum. — Eiusdem controversia de *Peccato Originali*, prohib.

ALCVINVS.

Seu potius, *Calvinus.*

EIVS commentarij in Libros, *De Trinitate*, omnino prohib.

ALEXANDER Tartagnus.

Seu, *Tartaginus*, seu, *Tartageus*. I. C. Imolens.

EIVS *Consiliorum* Liber 1. in quo habetur vita, per Nicolaum Antonium Gravacium, seu Gravacium. Venetijs, apud Nicolaum Bevilaquam, & Socios 1570. corrigenda.

Sv b vitæ initium, post illa verba, *Vim ingenij*, dele usque ad, *Nec optari maius, exclusive.*

ALOYSVS Lypomanus.

EIVS Historia, *De Vitis Sanctorum*, Pars secunda. Lovanij, apud Martinum Verhasselt 1571.

In Vita D. Ignatij Episcopi Antiocheni, pagina 2. parum ab initio, in notatione marginali, quæ incipit, *Si per gratiam*, expunge illa extrema verba, *Imo potius demerita.*

ALPHONSVS de Casarrubios Hispanus.

EIUS, *Compendium privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium*, reformatum secundum decreta Concilij Tridentini, &c. per R. P. F. Hieronymum à Sorbo, Prædicatorem Ordinis Capuccinorum, Coloniae Agripinæ, apud Ioannem Kinchium sub Monocerote, ann. 1619. sic corrigendum.

Verbo

Verbo Cruciatia in annotatione Cordubæ §. quod si quis dicat, & c. pagin. 139. col. 1. lin. 5. post verba: *Tutior pars eligenda sit*, dele ab illis verbis: *Attendantque vir Religiosus*, usque ad, *sine debita confessione*, inclusive.

Et verbo Indulgentiæ stationum quoad fratres, pag. 227. §. circa stationes, deleatur ab illis verbis, *advertendum est etiam*, colum. 2. usque ad *triginta novem lineas*, & finem, §. inclusive.

Similiter verbo Indulgentiæ pag. 256. colum. 2. ab illis verbis: *Septimum notabile*, dele usque ad, *ratione Bullarum prædictarum inclusive*. Et in margine dele, *notabile pro secularibus*.

Et verbo Inquisitores, pagin. 293. col. 2. deleatur tota annotatio Capuccini, quæ incipit: *Hoc quod in §. octavo disponitur*, & c. usque ad finem §. per quadraginta, & octo lineas, & similiter deleantur supradictæ propositiones in quocumque auctore, si forte reperiantur.

ALPHONSVS à Castro.

Ex Alphonsi à Castro Indice operis de Hereticis; ex quacumque editione, expunge ex numero, & Cathalogo Hæreticorum, *Thomam Caietanum*, qui potius inter summi ingenij viros, pietate præclaros, atque optimè de Ecclesiâ Catholica meritos numerandus est.

ALPHONSVS Henriquez.

Eius Defensio pro Erasmo, contra Eduardum Læum, & contra Universtitatem Parisiensem prohib.

ALPHONSVS Martinus Vivaldus.

Eius, *Candelabrum Aureum*. Impressum Anno 1600. Venetijs, necnō, & omniū librorum cuiuscumque impressionis ante annum 1602. quo tēpore expurgatus prodijt apud Georgium Variscū, licet in aliis fortè variabatur numerus foliorum, & numerorum, sic corrigendum.

In frontispicio, seu in inscriptione dele verba: *quam utile Catholice Ecclesiæ hucusque fuerit duodecima hæc editio demonstrat*. — In expurgat. mutata est epistola dedicatoria, & appositæ aliæ directæ ad Clemētem Octavum. — Item abrasa est Bulla Cœnæ Domini cū eius expositione, & loco eius appositæ illa de anno 1600. cum alijs præ-

fationibus & expositionibus. — In epistola, seu Prologo fol. 1. fac. 2. num. 4. ubi ait, *à Papa tanquam à Papa*, adde, *in materia fidei, & sequere*, diffinita reperies, & c. — Fol. 4. numer. 13. ubi ait, *Digestum novum*, adde, *infortiatum, sequend. librum Authent. De Sacramentis in genere titulo Primo*, fol. 10. num. 2. in fin. §. dele, & est totus titulus c. & c. usque puteum inclus. & loco dictorū verborum pone, & ut test. *Authentica Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem*.

— Fol. 12. num. 8. ubi ait, *Queritur in quo differant*, dele totum quod sequitur, usque, *resolutive ergo*, & loco, *ergo*, pone *respondeo*, & sequere, *Sacramenta veteris*.

— Fol. 14. num. 9. secundo differunt in medio, dele verba, *in resurrectione generali*, & sic unientur verba, & ita, (ad) baptizati anima, §. nono, quod quamvis in medio, ubi ait, *Sacramentorum sit coniunctio*, adde post sit, *talis*, ut dicat, *talis coniunctio*. — §. vigesimo septimo, quod conficiens, ubi ait, *alia sex Sacramenta*, dele *sex*, & dic pleraque *Sacramenta*. — Et c. 1. de baptismo titul. Secundo, fol. 19. num. 16. ita legendum.

est, *recens, vel vetus, contra quosdam fatidā, vel olens*. — De confessione, fol. 81. n. 28.

§. prima conclusio parochus, dele verba, & ubicumque fuerit probat, *quia Concilium Tridentinum*, usque in finem, §. sequent.

§. incipiens secunda conclusio, ubi ait, *non potest semel approbatum confessorem*, inter semel, & approbatum, adde, *à se*, ut dicat, *semel à se approbatum*. — Fol. 82. sequenti.

§. tertia conclusio in fine, ubi ait, & in *Hispania consultus*, & c. dele totum usque in finem, *Papam declarasse*. — Eodem fol.

Quarta conclusio, & c. ubi ait, *retinet facultatem ex consuetudine sibi concessa*, inter verba, consuetudine, & sibi, pone, *sive potius tolerantia Episcopi in propria Diœcesi*, & sequer. *sibi concessam*. — Fol. 93. num. 60. §.

pro parte affirmativa facit tex. dele totum cum duobus §§. sequentibus, usque, *participatione fugisse*. — In linea immediatè sequent.

ubi, *respondeo pro solutione*, quod licet *talis*, dele, *licet paulò infra, nec confitendo*, nec communicando non ideo, dele, non paulò infra, dele verba, *quia meretrices*, usque in finem §.

— Fol. 98. ubi ait, *Si tamen confiteatur alteri immediatè post alteri*, adde, *debet integram confessionem facere*, deinde sequere. — De Indulgentijs, fol. 109. num. 9.

Sed V. Sacerdos, dele totum, & etiam totum numerum 7. sed quantas, usque in finem, *tenerent contrariam*. — De purgatorio. —

D Fol.

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

Fol. 116. num. 6. dele verba, *Sacramentalem autem Neapolitanum*, usque in finem numeri. — Fol. 118. num. 11. dele verba, ut refert Bolfavus Latinus, usque, *de Republica Romana*.

De Absolutione.

Fol. 122. n. 12. in fine, dele verba, *ut infra dicitur*, eodem fol. nu. 13. ubi ait. Quod quamvis Navarrus, dele dicta verba, & totum usque ad num. 14. exclusive. Et loco contentorum in num. 13. pone, *quidquid alij dixerint*, quod Navarrus cap. 27. num. 267. tenet *hanc potestatem quam Episcopi à Concilio habebant esse eis sublatam per Bullam Cane Domini*, quod est verum ne dum in casu hæresis: sed etiam in alijs casibus in dicta Bulla reservatis, prout pluries sacra Congregatio Concilij censuit, & etiã in foro sacre pœnitentiariæ est conclusum, & quotidie servatur.

Fol. 125. ubi incipit, *Quibus suppositis ad questionem respondetur*, dele omnia usque ad folium 134. ubi incipit, casus Episcopi à iure, & loco omnium quæ delet, adde, hæc pauca. *Quibus suppositis, ommissa disputatione concludo regulares virtute maris magni non posse absolvere à casibus Episcopo reservatis, prout à Sanctissimo Domino Gregorio XIII. ex sententia Congregationis Concilij Tridentini fuit declaratum, prout in litteris Cardinal. 5. Sixti ad Illustrissimum Cardinalem Borromæum in Consilio Mediolanensibus registratis, & sequere postea, casus Episcopi à iure, &c.*

Fol. 137. num. 65. in tertia linea numeri absolvit à reservatis debet imponere, &c. inter reservatis, & debet, adde, *habentibus annexam excommunicationem.*

Fol. 138. num. 74. utrum, in articulo mortis, dele totum usque in finem numeri.

De Sacramentis Extreme Vnctionis.

Fol. 178. num. 4. Dionysius Areopagita lib. 3. Historiæ Ecclesiasticæ, dele *Historia*, & lege Hierar.

De Sacramento Ordinis.

Fol. 190. num. 18. in fine numeri, Clerici etiam possunt, adde, *quod cante intelligas si in Baptismo & ordinatione præscriptis, forma Catholica Ecclesiæ non fuerit servata, nec intentio debita interfuerit.*

De Consanguinitate.

Fol. 232. nu. 190. Querit. V. si in aliquo tempore, in orbe, dele verba sequentia, *ut tempore Loth, in fine dicti num. dele verba, illa, ductus ratione, usque in finem num.*

De Affinitate.

Fol. 236. num. 209. *propè finem numeri*, quod clarè patet ex mente Concilij, lege, *quod mihi videtur, & dele, quod clarè patet.*

Secunda parte ubi numerat contenta in secunda parte, cum mutata sit Bulla, muta, & dic, super Bulla sanctissim. D. N. Clementis Octavi, & dele Sixti Quinti, Indice, tollendus totus index Bullæ Cœnæ Domini, nam cum mutata sit Bulla, & index revocandus est.

De Excommunicatione.

Fol. 6. num. 19. in finem numeri, adde, *licet hæc pœna gentilium nihil conferat ad excommunicationis censuram, qua utitur Ecclesia Catholica.*

Fol. 24. num. 129. §. Quadragesimatertia in duello dominos (exceptis Regibus) dantes, dele *exceptis Regibus.*

Eodem fol. & num. 8. quinquagesimatertia, in fine adde. *Hodie vero non procedit, quoad Beneficiatos per Concilium Tridentinum cap. 1. Sess. 23. & cap. 2. Sess. 24. de reformatione, §. quinquagesima nona, quæ extenditur usque ad portam, dele extenditur, & accommoda, quæ non possunt etiam accedere, usque ad portam exteriorem.*

Fol. 26. & 27. num. 133. §. nono, Domini temporales, in fine adde, *hodie est reservata in Bulla Cane Domini.* — §. undecima, Domini temporales, in fine adde, *hodie est reservata in Bulla Cane.* — §. duodecima, Qui Eccles. in fine adde, *hodie est reservata in Bulla Cane.* — §. decimasexta, qui per se, in fine adde, *hodie est reservata in Bulla Cane.* — §. decimasextima, qui pignorat, in fine adde, *hodie reservata est in Bulla Cane.* — §. vigesima prima, qui compellunt in fine adde, *hodie reservata est in Bulla Cane.* — §. vigesimatercia, Domini temporales, in fine adde, *hodie reservata est in Bulla Cane.* — §. vigesima quarta, offendentes, in fine adde, *hodie reservata est in Bulla Cane.*

Fol.

Fol. 30. sub num. 134. §. sexagesimano-
na, *Imperator, Reges*. Quoad verò Domi-
nos inferiores Imperatore, & Regibus
nulli reservatur, dele *nulli reservatur*, &
adde, *hodie verò Papa reservatur*.

Totus tractatus, seu explanatio Bullæ
cum textu eiusdem Bullæ, tollitur a fol.
31. usq; ad fol. 60. & loco eius nova Bulla
Clementis Octavi, cum nova explanatio-
ne ponitur.

De Suspensione.

Fol. 84. num. 140. decimo nota quod si
quis, dele, *poterit extra illa celebrare*, & loco
dictorum verborum, pone, *possit extra
illam celebrare, nisi obstaret Concilium Triden-
tinum, necnon excommunicat*.

De Interdicto.

Fol. 95. num. 11. Quintus casus, univer-
sitas, dele verba, *prater Romam*, & coniun-
ge, *qualibet, que Cardinales*.

Fol. 97. num. 27. casus 21. idem prohi-
betur in fine post verba *Pizzocheratum*
Ordin. Minor. adde, *hodie verò cessat casus
predictus propter Bullam Pij Papæ V.*

Fol. 98. num. 36. casu 28. dele verba
Prelati, & loco eius pone, *omnes*.

Fol. 102. num. 84. nota 4. quod Ecclesia
sit consecrata ab Episcopo loci, adde, &
dic, *Ecclesia si sit consecrata*, num. 87. nota 7.
corpora à schismaticis sepulta, adde hic,
non esse exhumanda, & sequitur, *Altaria
in quibus tales schismatici celebrarunt non
esse reconcilianda, dele, reconcilianda*, & dic,
reconsecranda.

Fol. 120. nu. 115. cuius occasione, quod
non possit in criminalibus convenire co-
ram, dele, *illud verbum in criminalibus*.

Fol. 124. num. 243. nota 2. quod quam-
vis in fine num. adde, *si tamen officium pri-
mum non sit sublatum per Bullam Pij V. su-
per Missalis, & Breviarii reformatione*.

Fol. 126. num. 254. At cum pro Conci-
lio Tridentino patet, posse celebrare in
omnibus festivitatis, dele *patet*, & loco
illius pone, *putarem posse celebrare*, &c.

Tertia Parte de Irregularitate.

Fol. 17. n. 45. Huic accedit alia quæstio,
dele verba, *quod forsitan procedere posset
etiam*, &c. usque in finem num.

Fol. 21. num. 80. cum hæretico occulto

Episcopo, accommoda & dic, *Episcopos*, in-
fra unam lineam, dele verba, *ut supra de
absolutione rei usque latè*, & loco dictorum
verborum pone, *petita tamen Sedis Aposto-
lice absolutione*.

Fol. 22. num. 89. Quæritur quis poterit,
&c. ibi: *Si talis est occultus cum eo posse Epif-
copum dispensare*, inter *dispensare*, & *Epif-
copum*, interponantur hæc verba, *Previa
Sedis Apostolica absolutione*.

Fol. 24. num. 109. sicut tres data, dele
hæc verba, *cum pauci alias possent promove-
ri*, & reliqua, usque, *talis opinio omnino est
reiicienda*.

Fol. 27. num. 118. Quamvis ex commu-
ni, dele verba, *nascatur erit legitimus secun-
dum se*, & loco illorum pone, *natus erat le-
gitimus secundum*, &c.

Sequenti linea, dele verba, *Modo tamen
matrimonium*, &c. usque in finem num. &
loco verborum ablatorum pone, *nunc verò
cum per Concilium Tridentinum sublata sint
matrimonia præsumpta*, si nihilominus nata
prole, vel etiam concepta, *matrimonium co-
ram Parocho, & testibus fuerit contractum,
filij legitimantur per subsequens matrimo-
nium*, iuxta cap. *tanta qui filij sunt legiti-
mi*.

Fol. 29. num. 129. acturi primo notare vi-
tium, dele, *primo*.

De Depositione.

Fol. 78. num. 14. Quamobrem, dele totum
numerus, usque ad num. 15.

Fol. 86. num. 41. Quæritur, *utrum deposti-
tus*, dele verba, *vel cogatur mendicari cum*,
usque in finem num.

Eodem fol. num. 45. Quæritur, *quid sit
talis Ecclesiasticus degradatus*, dele, *degrada-
tus*, & dic, *depositus*.

IN SUPPLEMENTVM AVREVM.

*Ad secundam, & tertiam Partem, seu
auream Appendicem.*

Fol. 7. num. 24. Sed quæritur, *quid si ali-
quis*, dele verba, *tenet Duarenus lib. 8. &c.*
usque, *Cassiodorum supra inclusive*.

Fol. 10. num. 34. Quæritur, *utrum Com-
missarius*, dele verba, & sic poteris limitare
Concilium Tridentinum, usque in finem num.

De Sacrarum mulierum irregularitate.

Fol. 17. cap. 4. num. 2. §. *quartum Monia-
lium*

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
34.

lium habitum, dele verba *Quod ut optimè divino*, &c. usque, *Aliis considerandam retinens*, inclus.

Fol. 18. num. 3. §. *Duodecimum moniales nihil*, dele verba, *Sine licentia Episcopi*.

Fol. 31. cap. 7. num. 19. dele verba, *Erit autem veniale*, &c. usque in finem, num.

Fol. 33. cap. 8. num. 9. *Quæritur, quid de illo*, dele verba, *In cuius pœna sui subditi poterunt*, &c. usque, *Sine proprijs dimissorijs*, inclus.

Fol. 36. cap. 9. num. 4. adde hæc, *Hodie tamen post Concilium Tridentinum Episcopi ferè omnes in proprijs Ecclesijs resident cum magno fidelium fructu, unde ad eos tam salubri proposito confirmandos, & ad paucorum animos deterrendos supradicta posuimus, licet Summi Pontificis vigilantia ad residendum pœnis cohercere debitis non desinat*.

Fol. 37. num. 10. *Sed quæritur, Quid si talia*, dele verba, *Absentem esse indicandum, ac pœnis absentium, vel non residentium esse puniendum*, & loco illorum adde, *Non excusari à peccato, & exteriori etiam pœna fore plectendum*.

Fol. 38. num. 53. *Prima conclusio, Beneficiatus quicumque ad audienda*, dele, *quicumque*, & loco eius pone, *Non tamen curatus*. — Paulò inferius, *Perpetuò potest abesse*, dele, *Perpetuò*. — Paulò inferius, dele verba, *Sine licentia Episcopi*.

Fol. 46. cap. 12. num. 3. §. *Prohibita dispensatio*, dele verba *Ecclesiæ declaratione*, & loco illorum pone, *iuris dissipatione*.

Fol. 47. num. 6. *Secunda assertio, ibi, Ne Papa dispense in gradu, nisi inter Principes*, adde, *Gradu secundo*, & lege, *Ne Papa dispense in gradu secundo, nisi inter Principes*, &c.

Fol. 49. num. 22. *Septima assertio, Quando Papa*, dele totum usque, in publica lectione, inclusivè. — Et loco verborum ablatorum, pone, *Papa dispensat in iure Canonico, vel dispensat in Concilio Generali, vel tertio in alijs decretis à se, vel à sede Apostolica factis*, &c.

Fol. 50. eodem num. §. *De alijs verò Concilijs Generalibus*, dele, *alijs*, & dic, *de Concilijs Generalibus*, &c.

Fol. 61. cap. 14. num. 63. *Quæritur, Quid si aliquis emisit*, in fine num. adde. *Hodie verò simile votum non dispensatur, nisi à Papa*.

Fol. 71. cap. 15. num. 19. *Secundo nota, quod etiam*, dele hæc verba, *Non enim tole-*

rantiam præcisè prelatorum, &c. usque, *Adrianum Sextum Papam*, inclusivè. — Paulò inferius dele, *Hæc parentesis fuit interposita*, &c. usque in finem, num.

Fol. 81. cap. 17. num. 7. *Primò enim S. R. E.*, dele verba, *Ac Regem Catholicum*.

Fol. 83. num. 31. *Oclavo adducit*, &c. *Qui contra Guilielmi Parisiensis impietatem*, dele, *Parisensis*, & dic, *De sancto amore*.

Fol. 92. cap. 19. num. 13. dele verba, *Sed verè*, & *realiter mihi videtur prima quam*, usque in finem num.

Eodem fol. num. 16. *Italica audacia in verecundo, atque sacrilego*, dele, *Italica*, & loco eius pone, *Impia hominum audacia*.

Quarta Pars.

Fol. 3. cap. 1. num. 4. *Illà verò, quæ sacramentalia dicuntur*, inter, *Sacramentalia*, & dicuntur, pone, *Ritus*, & *Ceremoniæ*, unde legatur, *quæ Sacramentalia, Ritus, & Ceremoniæ dicuntur*.

Fol. 6. num. 21. *Quoad secundum requirit*, dele omnia, usque ad finem, num.

Fol. 7. num. 29. *Qui fuerunt primi*, dele verba, *Reliquæ vero, quæ in novo inventantur*, &c. usque, *Locis composuerunt*, inclusivè.

Fol. 17. cap. 4. num. 20. *Secundo inest homini*, dele verba, *O bone Iesu quanta hic de utrisque*, &c. usque in finem, num.

Fol. 19. num. 28. *Secundo potest*, dele verba, *Christi, ut Iudas sunt venditores*, usque in finem, num.

Fol. 21. num. 38. in finem, num. & capitis, adde, *Non tamen tolerantia, vel permissione huiusmodi utentes excusantur à peccato*.

Fol. 23. cap. 5. num. 12. *Quæritur, cum anima, adherentes S. R. E. correctioni*, dele *Adherentes*, & dic, *subijcientes nos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*.

Fol. 42. cap. 8. num. 18. *Quam auctoritatem*, dele verba, *Cum consilio Cardinalium*, & loco illorum pone, *Circa fidem, & regimen universale Ecclesiæ*.

Fol. 43. num. 30. *Omnia contenta*, dele, totum num. à principio, usque ad finem.

Fol. 45. num. 40. *Quæritur, utrum sint condendæ*, dele, *Virum*, & loco eius pone, *Quales*, & dic, *quales leges condendæ, optimæ, & perfectissimæ*, dele, *Optimæ, & perfectissimæ*. Respondeo tamen, usque ad verba, *Imò minimè, inclusive, & post minimè*, dele, *tum*, adde, *Respondeo (& sequere) esse condendas leges optimas, & perfectissimas*, sed

festales, dele, *sed duntaxat quæ dele, duntaxat*, ita quod legatur tales, quæ Imperitæ multitudini, &c. nam perfectissimæ leges, & quæ tolerari, dele, perfectissimæ, & ita, quod legatur, nam leges quæ tolerari, &c.

Fol. 49. num. 51. §. *Secundo esset iniusta ex forma, dele verba, seu parentesis, si nunc contingeret, & utitur.*

Fol. 51. num. 55. §. *Respondetur tertio leges omnes, &c. mutilationis amissionis bonorum, ante, bonorum, adde, omnium.*

Eodem folio num. 56. §. *Respondeo secundo quod quamvis, vel è contra, ut solet, in foro tamen confessionis, dele, ut solet.*

Fol. 59. cap. 9. num. 10. §. *Secundo respondetur legem, dele verba, nisi in rebus totam universitatem, bonumque commune, &c. ulque in finem num.*

Eodem fol. num. 11. *Queritur, quæ differentia, vel secularium non omnes adstringant Clericos, dele, non, & legatur, vel secularium omnes adstringunt Clericos. — Et cum in dicto ubi agitur de confessione in expurgato. — Fol. 77. num. 23. ac in omnibus aliis eodem loco, proponatur utrum liceat confiteri Sacerdoti absenti per litteras, vel nuntium, ac ab eo absolutionem recipere, & pars affirmativa approbetur, ac tueatur: stante decreto Sanctissimi Domini nostri Clementis Octavi, nuper facto contra huiusmodi assertionem, abradenda sunt verba, sed licet hæc sit communis opinio, verior tamen, & mitior, &c. usque ad num. 25. tertio dixi idoneo, &c.*

Antiquiores verò editiones huius Candelabri, ut quæ iam rariores sunt, & videatur exolevisse, quamvis suam quoque expurgationem subire debuissent, omittendam duximus, quod facile ad istam Coloniensem, quæ correctissima est, redigi ceteræ possint.

Eius tamen Vivaldi liber, cui titulus, *Schola Catholica*, &c. prohibetur.

ALPHONSVS Salmeron.

Eius in Evangelia, & Epistolas cōmentariorum Notationes marginales. Madridi apud Ludovic. Sanchez 1600. Colonia apud Antonium Hierat. 1602.

Tomo 4. parte 3. Tractatu 11. §. *Et ut omis, pag. 467. colum. 2. edit. Colon. dele notatiunculam marg. Illud quoque si peccaverit in te, &c. Quod deest in edit. Madrid. — Et ibidem §. Postremo, quod illud, pag. 473. col. 1. dele totam marg. notatiunculam, Præceptum fraternæ correptionis, &c. — Ibid. §. Superest, ut paucis, p. 477. col. 1. dele notatiunculam marginal. Ordo ille correptionis, &c.*

Tomo 8. Tract. 42. §. *Et quemadmodum brachium, &c. edit. Mad. p. 423. col. 1. ante med. & edit. Colon. p. 332. col. 2. adscribe in margine Hyperbolica locutiones, ad imitationem Scripturarum de his, quæ non semper, sed sæpe, aut frequenter fiunt.*

Tom. 15. in comment. cap. 9. epistol. ad Hebr. super illa verba, *Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est.* Edit. Mad. pag. 444. col. 2. ad fin. Colon. p. 748. col. 1. paulo ante fin. ubi ait, *probabile tamē est, etiam Librum*, dele vocem, *probabile*, & substitue, *certum de fide.*

ALPHONSVS Sanchez Carcosa.

Rondensis, Sanctæ Ecclesiæ Antiquarensis Canonicus Magistralis.

Eius Liber. *Theauri Conceptionis immaculate Virginis Mariæ*, pars prima, prius prohibetur ex quacumque editione.

ALPHONSVS Tostatus, Abulensis Episcopus.

Eius opera, & operum *Notæ marginales*, & *Index*, ex antiquiori editione, Venetiis, per Gregorium de Gregoriis 1507. & secunda, Venetiis etiam 1530. & tertia recentiori 1596. & 1597. & novissima, Coloniae sumptibus Ioannis Gymnici, & Antonij Gymnici 1613.

PRÆNOTANDA QUÆDAM, ET PRÆMONENDA de Abulensis operibus.

Nel indulgentiæ & amoris, vel severitatis, & animadversioni in censendis Abulensis operibus plus æquo tribuisse videamur, paucis præmonendum Lectorem volumus. Cum enim Alphonsus Tostatus Abulensis Episcopus, vir fuerit omni disciplinarum genere ornatissimus, atque eo nomine, illo sui Epitaphij elogio percelebris, Hic mundi est stupor, qui scibile discit omne, tum verò ingenti Sanctitatis, & miraculorum fama præclarus, ut qui à plerisque, & quidem in suorum operum inscriptione, DIVI, & BEATI prænomine condecoretur; Sacris Ecclesiæ Doctoribus suppar, ut qui Hispaniarum Doctor publice audiat; cum veteribus Patribus, & antiquitate, & meritis, merito comparandus, ut qui fuerit de Eccle-

D 3 sis

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
74.

sia Catholica quam optimè meritis; scriptorum denique voluminum magnitudine, & copia longè mirabilis; Nihil sane mirum, si (quod plerisque prisci seculi accidisse novimus, pro illorum temporum conditione, in quibus quadam erant incerta, quadam minus explorata, non pauca dubitata & controversa, qua iam apud nos fixa, & constituta) nonnulla ille, sed paucissima scripserit, quibus vel lima aliqua, vel cautio, vel benigna denique interpretatio ab æquo Lectore postulanda sit. Qualia, quæ sequuntur.

I. Tom. 1. Genes. cap. 42. super illa verba Iosephi Patriarchæ, Exploratores estis. Vbi aliquantum favere videtur Levi, aut officioso mendacio: quod olim etiam gravissimis sanè Patribus neque omnino ignotum, neque prorsus improbatum fuit. Nisi illis ipsis, & nostro Abulensi convenire possit benigna interpretatio, quod mendacij appellatione abusi fuerint, pro licita quadam simulatione, aut dissimulatione.

II. Illud paulò levius, quod Tom. 5. in cap. 2. Iosue, quæst. 30. sentire videtur, posse Deum hominem movere ad peccatum veniale, propter magnum bonum, quod inde sequitur; & ne in maiora peccata incidat. Sed cum ipso eodem loco conceptis, & expressis verbis doceat, Deum non posse movere hominem ad rationem mali, neque etiam ad quodcumque veniale, intelligendus omnino, & exponendus est sano modo, voluisse tantum, Deum posse movere ad materiale actus entitatem, cui tamen per se homo adiungat rationem vitiositatis, & peccati à recta legis regula deficientis.

III. Illud adhuc levius, quod Tom. 7. Tertio Reg. cap. 15. loquens de Abiam Rege, cuius cor non erat perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor David, &c. Designavit perfectionem cordis, cum qua esse possit peccatum aliquod à munditia cordis omnimoda, vel innocentia, quæ excludat omne peccatum. Sed ipse se Abulensis abunde explicat, ludens in illis nominibus Munditiæ, & Perfectionis. Loquitur enim de Perfectione strictius, ad duo tantum pietatis officia contracta; primum in Divini cultus curandi, & promovendi studio; alterum, in uno vero Deo cognoscendo, & colendo. In quibus præcelluit David cæteris Regibus, ipsius Scripture testimonio. Cum quæ cordis perfectione potuit esse peccatum aliquod; non item cum illa omnimoda cordis munditia, & totius peccati innocentia.

I V. Tom. 10. cap. 9. in Matth. super illa verba, confide fili, &c. ait, quod per fidem efficitur homo filius Dei. Ioann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt, &c. Eadem tamen orthodoxa interpretatio, quæ in Ioannem convenit, in Abulensem quoque quadrare necesse est; quæ frequens, & vulgata est nostrorum Scholasticorum intelligentia contra nudam, & solitariam fidem huius sæculi Novatorum, merita Charitatis, & bonorum operum abnegantium. Fides enim inchoatio, & initium est regenerationis in filios Dei, non verò consummatio, & perfectio. Quod Cardinalis Bellarminus luculenter contra Sectarios evincit ex Augustin. Chrysostom. Theophylact. Paciano, aliisque antiquis Patribus, Lib. 1. de Instruct. cap. 19. Ergo data est potestas filios Dei fieri, his qui credunt, si pergant sperare & amare, &c.

V. Videtur etiam illud calumnie expositum, quod Matth. 17. comparans Iacobum cum Petro ait, Iacobum fuisse Petro maiorem in Concilio illo Ierosolymitano; & solum Iacobum locutum definitivè, velut totius Ecclesiæ organum; & quolibet de assistentibus maiorem A. 15. Adde, quod sentire quoque videtur, Iacobum, non verò Petrum, illi Concilio præfuisse. Sed pro Abulensi sano, & orthodoxo semper, & ubivis sensu, stat, quod his verbis, eo ipso loco suam sententiam cantus, & prudens temperat: Iacobus (ait) mortuo Christo factus est de præcipuis Apostolis (non primus, non Pontifex Max.) non quidem simpliciter (ut esset omnium maximus) sed in quantum factus est Episcopus Ierusalem, & maior omnibus & Petro, non quidem in quantum Apostolus, sed in quantum Episcopus Ierusalem. Proptereaque illius universalis Concilij, cui præfedit Christi Vicarius Petrus, definitionem edicendam, & publicandam commisit Iacobo, veluti ordinario illius Ierosolymitana Ecclesiæ Pastori. Præterquam, quod tam longè Abulensis abest à Calvinii, & Lutheri errore, quam frequens, & constans apud illum est Petri, & Romanae Sedis primatus. Porro scribebat Abulensis multo ante natum Lutherum, antequam Calvinus in Petrum debaccharetur; ante bellum impium, ac nefarium Romanæ Sedi à Sectaris indictum, præcante sanè, & pedetentim scripturus, post tot exorta monstruosa Sectarum capita, ne ullum Novatoribus erroris patrocinium, ullam fidelibus ruinam offensionem præbuisse videretur. Quæ ta-

men

men fuerint illa Iacobi, & Ecclesie Ierosolimitane prerogativa, nihil preiudicantes Petri primatui, edisserit Bellarmin. Controversia 3. quæ est de Summo Pontifice, cap. 26. lib. 1.

VI. Quia in marginalibus notatiunculis, & in Indice vitia quadam, & macule in sunt, nota, & censura digna: Sciendum sanè est illa aliena esse, & addititia, & vel malitiosè, vel imperitè ab aliquo sciolo inuicta. Hac enim ut ab ipsis Auctoribus omitti, & contemni, ita ab amanuensibus, vel ab illis, quorum cura editio operis demandata est, curari hac leviora Librorum ornamenta solent. Index verò etiam ab iisdem confici. Et sanè quidem ille operum Abulensis concinnatus est à quodam Francisco Fontano, sacre Theologie Magistro (tanti pretij fuit in tanto Aulore exornando tantulam operam, & curam suscipere.) Tandem verò ille ipse Index restitutus, & locupletatus in Colonienfè editione à Rainerio Bovoso.

VII. Ad extremum, quæ alia notari posse videantur, leviora sunt, quam ut accuratiorè defensione, aut explicatione egeant, aut denique alio remedio eluantur, quam Lectoris sincerioris lenitate, & bono in veritatem, & in Abulensem animo; memoris denique illius ex Indice Romano sapientis, ac temperati moniti. In Libris Catholicorum veterum nihil mutare fas sit, nisi ubi aut fraude hæreticorum, aut typographi incuria manifestus error irrepserit. Si quid autem animadversione dignum occurrerit, liceat in novis editionibus, vel ad margines, vel in Scholijs annotare. Porro Abulensis obijt sanctè anno 1455.

Ea propter, Consilium Sanctæ Generalis Inquisitionis, auditis iterum doctissimis fidei censoribus, ac gravi Defensorio (quod pro Abulensi, Insigne Collegium Salmanticense D. Bartholomæi obrulit) inspecto, omnes notas, & cautiones, quas in Indice Expurgatorio superioris anni 1632. ad eius opera adhibendas censuit, nunc tandem aboleri mandavit.

AMATVS Lusitanus.

EX Amari Lusitani Medici curatio-
num medicinalium Centurijs septem
Venet. 1566. Lugduni 1570. & apud Gui-
lielmum Rovillum 1580. Et Burdigalæ
1620. Sed seorsum primam Centuriam
Florentiæ excudit Torrentinus 1551. &
secundam Centuriam Venetijs excudit

Vincentius Valgrivus 1552. Notanda, potissimum in editione Lugdunenfi 1580. quæ à nobis primo loco notabitur; secundo ea, quæ Venet. 1566. tertio, quæ Burdigalæ 1620.

CENTVRIA I. In introitu Medici ad egrotantem, &c. pag. 29. post medium, & post versus Lini Poëtæ, dele usque ad illud, Sed ne septenarij numeri, exclus. Et in Burdeg. pag. 6. post illa verba, addere possumus, dele octo lineas, usque ad finem septenarij.

In Scholijs curationis primæ, pagin. 65. initio, ibi, faxint Dis, repone, faxit Deus, & inferiùs, pro, mittant, repone, mittat, & dele, Divus, ubi legitur, Divus Didacus Mendocius, Vel in alia edit. p. 3. linea 17. à fine.

Curatione 9. pagin. 99. sub initium, post illud multum vigilaverat, dele usque ad, Si qua verò noctis pars, exclusivè. Et in alia edit. fol. 17. column. 1. lin. 14. — Et pagin. 101. in medio, in eadem curatione post illud, raptus est, dele usque ad finem curat. & in alia edit. fol. 17. column. 2. ad finem.

Curat. 27. pagin. 174. à medio, dele, Divi, in Hercule Ferrariæ, & in alia edit. fol. 45. lin. 19. — Curatione 31. pagin. 201. in fine, ibi, ubi Divum Didacum Mendocium, dele, Divum. Vel in alia editione fol. 55. column. 2. — Curatione 34. pag. 223. initio, ibi, accit sunt Christiani Religiosi, dele, Christiani, vel in alia edit. fol. 63. col. 1.

CENTVRIA 2. in Epist. dedicatoria, pagin. 413. à medio, ibi, pagin. versa, lin. 12. Divum Alphonsum, dele, Divum. — In Scholijs curat. 30. in fin. pagin. 512. ad medium, ibi, in Christi Religionem invirè, dele, invirè, vel in alia edit. fol. 187. column. 2. — Curat. 39. pag. 553. à med. post illud, & virili toga indutus, dele usque ad, Manuel fuit vocatus, exclusivè. — Scholion, curat. 47. cuius initium, Dysenteriam scortatio, &c. pag. 584. totum expungatur, vel in alia edit. fol. 158. — In Scholijs Curationis 67. pagin. 625. in fine, ibi, Medicorum Deum appellare, dele vocem, Deum, & substitue, Principem: vel fol. 215. — Curatione 87. initio, pag. 670. in fine, post illud, sed puerulus, dele usque ad, circa annum enascuntur, exclusivè. — Vel in alia edit. fol. 231.

EX INDICE RERV MEMORABILIVM 1. & 2. Centuria, dele, Dysenteriam scortatio sanat.

CEN

NDICES
Librorum
PROHIBITORV
E. V.
24.

CENTVRIA 3. in epistola dedicatoria, pagin. 5. initio. — Et pag. 6. in fine. — Et pag. 49. initio. — Et ad finem eiusdem pagin. dele *Prænomen, Divi*, prapositum hominibus superstitibus, de quibus tunc Amato sermo erat, quæ similiter delenda sunt in Indice 3. & 4. Cent. verbo, *Divus*, & similiter ubi occurrerit (occurret autem sæpè) *divus senex*, similiter delendum in omnibus eius operibus & ceteris. — Curat. 1. pagin. 11. ante medium, ibi, *Tranli Sacerdotis*, dele, *Sacerdotis*. — In Scholijs Curationis 98. in fine, pagin. 350. ante medium, ibi: *Et Sacratissimis alijs varijs libris*, dele, *Sacratissimis*. — Vel in alia edit. fol. 356.

CENTVRIA 4. in Scholijs Curationis 23. pagin. 459. à medio, post illud, *generosus igitur, & magnanimus*, dele usque ad, *Medicus ad egrotum*, exclusivè. — In eisdem Scholijs pagin. 460. initio post illud, *postea multos vixit annos*, dele usque ad finem. — Vel fol. 397. — Curatione 24. ad finem, pagin. 462. sub initium, post illud, *providente natura*, dele usque ad, *pro sua obeunda*, &c. exclusivè, vel fol. 398. — Curatio. 36. cuius initium, *Monacha ex ijs*, &c. pagin. 473. tota expungatur cum suo argumento, vel summario. Deest in nova editione. — Curatione 42. pagin. 486. vel fol. 406. lin. ante finem post illud, *significatur tum, quia*, dele usque ad, *Hebraei edulji atrabiliosi*, exclusivè. — Curatione 54. pagin. 539. ante medium, vel fol. 424. column. 2. post illud, *ad quem cum quidam*, dele usque ad, *qui se Medicum simulabat*, &c. exclusivè. — Et post illud, *se Medicum simulabat*, &c. dele usque ad, *curare continebat*, exclusivè. — Et paulò inferius, ibi: *Parabat autem Monachus hic*, dele, *Monachus*. — Et versus finem eiusdem pag. ibi, *Extremam maciem apostata hic*, dele, *apostata*. — In eadem Curatione pagin. 540. vel fol. 425. lin. 4. initio, post illud, *Ancona carceribus*, dele usque ad, *obtrusus fuerat*. Et post, *obtrusus fuerat*, dele usque ad, *Simili morbo huic*, exclusivè. — Curatione 69. pagin. 570. vel fol. 436. dele ab initio curationis inclusivè, usque ad illud, *Cum virgam tumentem*, exclusivè. — Et in locum expunctorum, repone, *Quidam*. — In eadem curatione, pagin. 572. in fine, post illud, *imbuta illi admonebat. Sed tunc*, dele usque ad, *codem fere morbo*, exclus. — Et in locum expunctorum repone, *quidam alius*.

In Scholijs eiusdem curationis pagin. 575. vel fol. 437. dele, ab initio, usque ad illud, *omnia, quæ ad morbum Gallicum*, exclusivè. — Et in locum expunctorum, scribe, *Egrotus iste*. — Curatione 97. pagin. 635. initio curationis, & pagin. ibi: *Monachus, qui Anconam*, dele, *Monachus*, & scribe, *Quidam*. Et paulò inferius, ibi: *Ego verò Monachuli versutiam*, dele, *Monachuli*, & scribe, *eius*.

EX INDICE RERV MEMORABILIVM 3. & 4. centuriæ, delenda.

BEnzyra, quomodo ex filia. &c. — *Lig-nipedis cuiusdam Monachi*, &c. — *Monacha ex semine virili in balneo*, &c. — *Monachus Illyricus in febre*, &c.

CENTVRIA 5. Epistola dedicatoria Amati ad Iosephum Nalsinium Hebraum, cuius initium, *In damnis sub Paulo Quarto*, &c. tota expungatur. — Curatione 24. pagin. 95. in medio, post illud, *Divi Cyriaci pernoctaret*, dele usque ad, *in febre continuam*, exclusivè. In alia editione 495. — Curatione 51. sub initium pagin. 147. ad finem, post illud, *ex ordine Dominicorum*, dele usque ad, *vigente Autumno*, exclusivè. Deest iam in nova editione. — Curatione 83. pagin. 226. sub initium, post illud, *tum ut viro placeret*, dele usque ad, *ab obstetrice, avertenda*, exclusivè. Vel fol. 542. — Curatio. 84. cuius initium, *Paulus Monachus*, &c. pagin. 229. tota expungatur, cum suo summario. Vel fol. 543. — Curatione 86. initio, pagin. 231. in fine, ibi: *Divæ Luna uxor*, dele, *Divæ*. — Curatione 95. pag. 250. in fin. post illud, *Pietate, ac misericordia*, dele usque ad, *summa commotus*, exclusivè. Vel fol. 553. — Curatione 100. pag. 261. à medio, post illud, *quidem mea habebis*, dele usque ad, *Et hic finis esto*, exclus. Vel ibidem col. 2.

CENTVRIA 6. In Scholijs curationis 46. pagin. 392. ante med. post, *Erasmo*, dele usque ad, *Colloquiorum libro*, exclus. — In Scholijs Curationis 53. pag. 414. ante medium, post illud, *intra biennium diem suum obierit*, dele usque ad finem Scholiorum, vel fol. 612. — Curatione 97. pagin. 552. vel fol. 660. dele, ab initio Curationis, usque ad illud, *male habebat*, exclus. & in locum expunctorum scribe, *Mulier quædam innupta*. — Et paulò inferius, ibi.

attesta

attulabantur *Monache*, dele, *Monache*. — Et in fine eiusdem pag. post illud, *inquieta & iracunda*, dele usque ad, *insuper tam multa*, exclus. — Et eadem curatione pagin. 153. à medio, post illud, *dicti est in causa*, dele usque ad illud pag. seq. initio, *Primo autem vena pedis*, exclus. — Curatione 100. pagin. 595. à medio, ibi: *Sed Dei ipsi Machaon*, &c. dele, *Dei*. — Eadem Curatione pag. 598. ante medium, dele, *Divino*. — Post Curationem 100. in Amati Iusurando, pag. 640. vel fol. 800. initio *Iusurandi*, post illud, *Iuro Deum immortalem*, dele usque ad, *me nihil prius, aut antiquius*, exclus. Deest in nova editione. — Ibidem, in fine eiusdem pag. post illud, *Divior evaderem*, dele usque ad, *De dignitate vero*, exclus. — Et in fine *Iusurandi*, ibi, *Thessalonice datum*, anno 1539. corrige, ut legatur 1559. — In Catalogo Curationum Centuriæ 5. Numerus LXXXIII. cuius initium, *De Monacho, qui amore*, &c. totus deletur §. *De amore infano* in principio Indicis, *Curationum medicinalium*, &c.

EX INDICE RERVM 5. & 6. CENTURIÆ delenda, *Iulius Camillus. Vitriolo hausto Monachus*, &c.

CENTURIA 7. In Epistola Dedicatoria, pagin. 6. ad finem, post illud, *quia sapiens cum sis*, dele usque ad, *ac acri quodam ingenio*, exclus. Et ad finem eiusdem epist. pagin. 8. post illud, *Et cum tua Sire*, dele usque ad, *feliciter vive*, exclus. — Et in fine eiusdem epist. post illud, *Mense Augusto anno*, dele usque ad, 1561. exclus. in fine paginæ. — Curatione 24. pag. 74. in fine, post illud, *Nostro hoc tempore*, dele usque ad, *Vives Valentinus acutissime*, exclus. vel fol. 716. column. 2. lin. 3. ante finem. — Curatione 27. pag. 80. initio post illud, *habuit*, dele usque ad, 1559. exclus. vel fol. 718. lin. 3. — Curatione 37. initio, pagin. 125. ad finem, post illud, *Sanctes Sacerdotis*, adde, *Hebraei*, fol. 732. — Curatione 68. pagin. 205. vel fol. 759. initio Curationis, ibi, *Christicola, qui Lutheri*, pro *Christicola*, scribe, *Hereticus*. — In Scholijs Curationis 98. pagin. 300. ad medium, post illud, *Se totum Galeno concredat*, dele usque ad, *Sic enim Medici*, exclusivè, vel fol. 790. lin. 23. — Post Curationem 100. in Amati Iusurando, pagin. 333. initio, post illud, *Iuro Deum immortalem*, dele usque ad

illud, *me nihil prius, aut antiquius*, &c. exclusivè. — Ibidem, à medio eiusdem pagin. post illud, *Divior evaderem*, dele usque ad, *De dignitate vero*, exclusivè, quæ in nova editione desiderantur.

EX INDICE RERVM 7. CENTURIÆ dele, *Lutheri dogma apud Græcos*.

EIVSDEM in *Dioscoridem Enarrationes Lugduni apud Matthiam Bon homme sub Clava aurea* 1558. & prius Venetijs excudit Valgræfius 1553. & Argentorati 1554.

Lib. 1. Enarratione 66. quæ incipit, *Si Actæ pinguedo*, pagin. 91. deletur tota enarratio. — Lib. 5. Enarratione 145. de Amiantho, quæ incipit, *Afferitur bodie*, dele, *Qua de causa*, usque ad, *de quo Plin.* exclusivè.

AMBROSIVS Calepinus.

Sicut *Ambrosij Calepini* Dictionarium, multas per temporum intervalla accessiones habuit, ita sanè per multas editiones varias Labeculas contraxit, vel typographorum fraude, vel Hereticorum, qui illud recognoverunt, malitia. Expurganda igitur, quæ indicabimus, ubi reperta fuerint, quæ tamen certis quibusdam editionibus hic designabimus.

In primis expungenda est Conradi Gesneri, Auctoris damnati Præfatio, ubicumque præposita fuerit. Et fortè in impressionibus Basileæ in officina Curionis, ex qua non semel, neque una tantum forma prodijt. Parisijs etiam apud Ambrosium Girault 1539. Venetijs apud Franciscanum Bindonum 1545. Et Lugduni apud hæredes Iacobi Iunctæ 1565. Et iterum Lugduni sine nomine impress. 1570. Lugduni quinque linguarum additione locupletatum apud Guil. Rovil. 1570. Deinde verò Lugduni 1572. 1578. & 1581. apud Philippum Tingi Florentinum, & Antuerpiæ in ædibus viduæ, & hæredum Ioannis Stelsij. Vbi in dictione *Leucopheatus*, dele vocem. *Porci*. Postea in editione Basileæ 1585. in dictione *Fides*, ab illo loco, *apud Theologos*, dele usque ad, *pronunciari*, inclusivè. — Et Lugdunensi eiusdem anni 1585.

in

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

in voce, *Intercalo, dele, ceterum placet*, usq; ad, *rationem aperit*, excl. Præterea auctum tribus alijs linguis Polonica, Vngarica, Anglica. Lugd., 1586. apud Stephanum Michaëlem.

AMBROSIVS Catharinus Polit.

EIVS *Quæstiones duæ, De verbis, quibus Christus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum confecit.* — Item, *Confirmatio defensionis Catholicorum, pro possibili certitudine gratiæ*, prohibentur prorsus.

EIVSDEM quoque varia opuscula permittuntur, cum subiecta expurgatione.

Ex opusculis, Lugduni apud Mathiam Bonhomme 1541. & 1542.

Lib. 3. de *Prædestinatione Dei*, pag. 109. sub Titulo, *Quæ inter disputandum de hac re, &c. dele* ab initio disputationis, quæ incipit, *Hic igitur ita positis*, usque ad §. *Ergo ut iam*, excl. in pag. 111.

Lib. uno *De casu hominis*, pagin. 185. ad medium, post illud, *Originale peccatum*, dele omnia, usque ad Titulum, *Resolutio eorum, quæ adhuc*, &c. exclusive in pagin. 188.

Lib. uno, *De bonorum præmio, ac supplicio*, pag. 144. in fine §. *Sed illa nunc obijciuntur*, dele omnia, ab initio usque ad finem §. per §. integras paginas.

Ex opusculo, *De Peccato Originali*, cap. 8. delenda sententia, quam cum Alberto Pighio docet, videlicet, *Non inesse cuique suum peculiare Originale peccatum*.

Ex Enarrationibus in Genes. Romæ anno 1552. In epistola ad Iulium 3. quæ incipit, *Legitur apud*, &c. post medium pagina 3. post illa verba, *Forma obligari*, dele usque ad, *Nec verò me latet*, exclusivè. — Et paulò inferius post illa verba, *Respondemus istud*, dele usque ad, *Nam B. Thomas*, exclusivè.

AMBROSIVS à Mediolano,

De *Rufconibus*, de *Cumis*, *Monachus Cassinensis*.

EIVS *Triumphus Catholicæ veritatis adversus omnes hæreses*, Venetijs 1619. — In Indice auctorum, & hæresum, dele, *Thomas de Vio*. — Pag. 13. hæresi 6. expunge totum §. cum titulo, *Acta Caietani*, cum 14. lin. sequentibus, usque ad, *Convincitur*, itaque hic error, excl.

ANDREAS Alciatus.

EIVS *Emblemata, cum commentarijs* Claudij Minois, Paris. 1618. Lugduni 1600. & Antuerpiæ ex officina Plantini, & ipsa per se *Emblemata* ex quacunque alia editione, & versione vulgari, Gallicè, Parisijs apud Wechel. & Italicè Lugduni 1549. Circumferuntur etiā *Emblemata* cū omnibus eius operibus, Basilæ apud Thomam Guarinum 1571.

Ex *Emblemate* 80. quod inscribitur, *Desidia*, dele secundum distichum, quod incipit, *Segnitie specie recti*, &c. — Ex commentario verò Claudij Minois, pag. 393. parum ab initio, post illa verba, *Omnium Auctore Deo*, dele sequentia omnia, usque ad §. *Desidet*, excl. in pag. 394. paulò ante finem.

Ex *Emblematis* 81. commentario Minois, pagin. 398. parum post initium, post illa verba, *Præsenti cibo esse contentum*, dele, *Sed potius adversus legem Evangelicam de castino sollicitari*. Atque idem delendum Lib. 1. Parergon. cap. 17.

In *Emblem.* 210. quod inscribitur *Laurus*, in margine, post notatiunculam marginalem, *Lauri vaticinij nota*, adde, *Ex delusa antiquitate*.

Item eius liber de *Forma Romani Imperij*, cuius expurgationem vide lit. E. Class. 2. In *Engelbertum*, Abbatem.

ANDREAS Corvus Mirandulensis.

EIVS Liber de *Chyromantia*, cum figuris. Venet. 1527. prohib.

ANDREAS Eborensis.

EIVS *Exempla memorabilia collecta*. Tomus posterior, Parisijs, apud Franciscum Gueffer 1590. Titulo, *De Veritate, Nostrorum exempla*. In Theone Abbate, fol. 402. pag. 2. post illud, *Cum summa veritas ipse sit*, dele usque ad illud, *De Archebro*, excl.

ANDREAS Mafius Antuerpiensis.

EIVS *Commentarij In Sacram Historiam Iosue*. Antuerpiæ apud Gunmarum Sulcenium 1609.

Cap.

Cap. 1. super illud, *Transite per medium curritum*, pag. 30. lin. 20. post illud, *Prophie significat*, dele usque ad, *Rubenitis vestra*, excl. — Et pag. 31. lin. 14. post verba illa, *LXX. duo reddiderunt*, dele usque ad, *Iumenta dixit Latinus*, excl. — Et deinde sub eadem linea, ubi legitur, *Hac enim ex sola*, dele vocem, *Enim*. — Et inferius linea 38. post verba illa, *Quam ante fratres vestros*, dele usque ad, *& nihil usitatus*, excl. — Ibidem super illud, *Responderunt autem*, &c. pag. 32. linea 35. post illa verba, *Se de obedientia iactant*, dele usque ad, *Sed potius quantam*, excl. — Cap. 2. super illud, *Ad ipsa illos subduxerat*, pag. 43. lin. 10. post illa verba, *Significare voluisse*, dele usque ad, *Verum neque illud*, excl. — Cap. 3. super illud, *post finem vero tridui*, pag. 56. lin. 19. post illa verba, *sequimini ipsam*, dele usque ad, *sequimini precedentes*, excl. — Ibidem super illud, *ait itaque Iosua*, &c. pag. 59. lin. 31. post illa verba, *usui consentaneum*, dele usque ad, *ceterum quanta*, excl. — Ibidem super illud, *factum igitur est*, &c. pag. 66. lin. 6. post illa verba, *verborum esse relatū*, dele usque ad, *at qui aquas*, excl. — Cap. 4. super illud, *& dicetis illis*, &c. pag. 71. lin. 14. post illa verba, *Satiare posse videatur*, dele usque ad, *Quod porro*, excl. — Cap. 7. super illud, *neque poterunt filij Israel*, &c. pag. 128. lin. 8. post illa verba, *quæstio oritur*, dele usque ad, *Sed difficilis illa atque*, excl. — Cap. 8. super illud, *Exinebantque super eum*, &c. pagin. 139. lin. 43. post illa verba, *converti indignationem*, dele usque ad, *Neque vero furor*, excl. — Cap. 9. super illud, *Sumpserunt igitur viri*, &c. pag. 165. lin. 5. post illa verba, *aut non consulerent*, dele usque ad, *Sed enim D. Ambros.* excl. — Cap. 13. super illud, *Iam Iosua consenserat*, pag. 227. lin. 9. post illa verba, *in potestatem redigere*, dele usque ad fin. annotationis. — Ibidem super illud, *Ab Austro omnis terra*, &c. pag. 229. lin. 14. post illa verba, *apud Libanum ita versetur*, dele usque ad, *Porro illud*, excl. — Ibidem super illud, *cum ista Rubenitis*, &c. pag. 231. lin. 34. post illa verba, *adscriptam esse suspicor*, dele usque ad, *Quare ego existimare*, excl. — Ibidem super illud, *atque omnes urbes planities*, &c. pagin. 236. lin. 28. post illa verba, *Antonomastia locus esse*, dele usque ad, *Et ut demus illum*, excl. — Cap. 14. super illud, *hec vero sunt que hereditatis*, &c. pagin. 241. lin. 36. post illa verba, *Christus esset oriturus*, dele usque ad, *neque*

enim levitis, excl. — Cap. 20. pag. 302. lin. 39. post illa verba, *etiamsi peccet*, non item, dele usque ad fin. annotationis. — Cap. 22. super illud, *Audiverunt inquam*, *Israellitis*, &c. pag. 318. lin. 14. post illa verba, *in rep. protervia*, dele usque ad, *Nam etiam nostros*, excl. — Ibidem super illud, *aspicite figuram*, &c. pag. 325. lin. 21. post verba illa, *suit adumbratio*, dele usque ad, *Vt dum aspicimus*, excl. — Cap. 23. super illud, *Videte sortitus sum*, &c. pag. 329. lin. 10. post illa verba, *explicatum est*, dele usque ad finem annotationis. — Cap. 24. super illud, *Sepelieruntque ipsum*, &c. pag. 343. lin. 42. post illa verba, *quodammodo representaretur*, dele usque ad, *Neque enim solus animus homo est*, exclusive.

ANGELVS de Clavasio.

EIVS Summa, quæ dicitur, *Summa Angelica*. Vener. 1490. 1569. & Lugduni apud Theobaldum Paganum.

In verbo, *Luxuria*, num. 2. §. V. sit P. M. si solutam fornicatio, &c. dele, *Sed ego non credo*, quia solum est contra unam prohibitionem, scilicet, *Non concupisces uxorem proximi tui*.

ANNÆVS Robertus Aurelius.

EIVS, *Rerum Iudicarum* lib. 4. Coloniae Allobrogum 1620. — Lib. 4. cap. 10. pag. 809. ad medium. post illa verba, *nudetur & deregatur*, dele quinque lin. ubi de *Fabula illa Obstericum explorantium virginiatem*, &c. quod in ceteris scribentium eandem fabulam expungendum est.

S. ANSELMI Cantuariensis.

EIVS opera Parisijs 1549. Coloniae apud Maternum Colinum 1573. 1583. Seu, ex quacumque alia editione; ad marginem Libri *de Passione Domini*, qui incipit, *B. Anselmus*, scribe, *Hic Dialogus non est B. Anselmi*, ut qui multa falsa contineat, quare caute est legendus. — Eadem cautio, & eadem de causa adhibenda ad marginem Libri *de Imaginemundi*, qui incipit, *Ad instructionem*, &c.

ANTIOCHVS Tiberius.

Seu, *Tibertus*.

EIVS Libri tres de *Chyromantia*. Moguntia, 1541. ad Octavianum Vbalinum Merchatellæ comitem prohib.

AN-

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

ANTONIVS Bonfinius.

Seu, Bonfinius.

EIVS *Decades quatuor Rerum Vngaricarum*. Hanoviae, Typis Wecheliani, 1606. Basileae 1568. & Basil. apud Robert. Winter 1543. & apud Opor. 1568.

Ex Epistola Dedicatoria, quae est Ioannis Sambuci, & incipit, *Omnis hominum vita, &c.* pag. 2. linea ab initio 8. post illa verba, *Omnino necessarij*, dele. circiter tres lineas, usque ad, *Ac tunc memoriam*, excl. — Et pag. 7. ante medium, post illa verba, *Philosophiam excelluerit*, dele. lineam, usque ad, *Nec vino huic*, exclus.

EIVSDEM Antonij Bonfinij commentaria de Pudicitia prohibentur omnino.

F. ANTONIVS Cordubensis.

EIVS Lib. 1. Questionarij, q. 23. Dub. 11. §. Igitur utraque opinio probabilis est. Appone in margine. *Secunda opinio nec tuta, nec probabilis est.*

• ANTONIVS Franciscus Donus.

EIVS litterae donec expurgatae prodeant, prohibentur.

ANTONIVS Mizaldus.

EIVS Liber, MEMORABILIVM, VTI LIV M, AC IVCVNDORVM, Centuriarum novem, in Aphorismos Arcanorum omnis generis locupletes perpulchrè digesti, Auctore Antonio Mizaldo Monfluciano, Medico. Lutetiae, apud Federicū Morellum. 1584. & Paris. 1574. 1577. Et Francof. apud Ioan. Wechel. 1589. & 1592. Porro huiusmodi Centuriarum non simul omnes coniunctae prodierunt. Sed si vè separatim, si vè coniunctim corrigendae.

Ante operis initium, quae in parte commodius fieri possit, haec nota affigatur: *Tot superstitionibus huius Auctoris respersi sunt libri, ut praescripta expurgatio vix sufficere videatur, ideo caute legendi.*

EX INDICE RERVM PRÆCIPVARVM, quae in singulis Centuriarum, &c. qui Operi praefigitur, dele. sequentia.

Cent. 1. Imago ad genitalium dolores, &c. — Imago adversus calculos renum, &c. — Imago mures, & fugans, &c. — Imago fugans, & ligans, &c. — Imago pisces congregans, &c.

Cent. 2. Solutio fascini venerem, &c. —

Imago ad lupos fugandos. — Magnetem adulteria prodere. — Imago corvos ligans, &c. — *Ut quis fiat invisibilis*, &c.

Cent. 3. Imago contra venena, &c. Imago fugans muscas, &c.

Cent. 4. Precantatio ad sanguinem, &c.

Cent. 5. Annulus ad conciliandum, &c.

Cent. 7. Furem suspectum, &c.

Cent. 8. Ne oriantur iurgia inter, &c.

Cent. 9. Ligatos à quopiam, &c.

CENTVRIA 1. Aphorismo 12. post verba illa, *Valde adiuvabitur*, auctor Hermetes, dele. usque in finem Aphorismi. Delendi integri Aphorismi sequentes. — 13. qui incipit, *Laurentius Miniatus*, &c. — 19. *Ad sanandos*, &c. — 31. *Si in lamina Anri*, &c. — 45. *Cum volueris fugare mures*, &c. — 52. *Cum volueris fugare serpentes*, &c. — 80. *Si in sinistra manu*, &c. — 92. post illa verba, *Quod infixit, retrahit*, dele. reliquum. — 94. *Cum volueris, ut piscis*, &c. totus.

CENTVRIA 2. Aphorismo 2. dele. ab initio, usque ad, *His addo*, &c. excl. — Illi vè toti delendi. — Aphorismus 8. cuius initium, *Cum volueris fugare lupos*, &c. — Aphorismus 30. cuius initium, *Magnes verus capiti*, &c. — Aphorismus 44. cuius initium, *Cum volueris cogere in unum locum*, &c. — Aphorismus 48. cuius initium, *Diligenter omnes*, &c. — Aphorismus 61. cuius initium, *Ut plaga quaeque*, &c. — Aphorismus 73. cuius initium, *Si vis fieri invisibilis*, &c. — Aphorismo 93. dele. ab initio, usque ad, *His addam*, &c. excl. — Aphorismus 99. cuius initium, *Cum volueris cervos*, &c.

CENTVRIA 3. delenditoti. — Aphorismus 6. cuius initium, *In lapide hemasite*, &c. — In Aphorismo 8. dele. Philippo Melanchthoni. — Aphorismus 10. cuius initium, *Sunt qui certam*, &c. In Aphorismo 14. dele. ab initio, usque ad, *Licebit hic addere*, &c. excl. — In Aphorismo 44. post verba illa, *Excitare probe sciret*, dele. usque ad finem Aphorismi. — Aphorismus 51. cuius initium, *Si planta heliotropij*, &c. — In Aphorismo 63. dele. ab initio, usque ad, *Si verum utrumque teratur*, &c. excl. — Aphorismus 66. cuius initium, *Certa constat experientia*, &c. Aphorismus 98. cuius initium, *Cum volueris fugare muscas*, &c.

CENTVRIA 4. Similiter toti deleantur. Aphorismus 4. cuius initium, *Si sorex halurus*, &c. — Aphorismus 20. cuius initium, *Ad continendum sanguinem*, &c. — Apho-

Aphorismus 48. cuius initium, *Tradunt Persarum Magi*, &c. — Aphorismus 72. cuius initium, *Qui quarta luna, silentiq; fidere*, &c. — In Aphorismo 80. post illa verba, *Amerghus contra ebrietatem*, dele usque in finem Aphorismi. — Aphorismus 85. cuius initium, *Prisca Ethnicorum religionis*, &c. — Aphorismus 98. cuius initium, *Ad sistendum sanguinem qui*, &c. — Aphorismus 100. cuius initium, *Cum volueris fortunatos*, &c.

CENTVRIA 5. In Aphorismo 1. ad princ. post illud, à *Conrado Gesnero*, dele usque ad, *Annotatum est* ? exclus. — In Aphorismo 11. post verba illa, *Statim erigere facit*, dele usque ad fin. Aphorismi. — Aphorismus 15. cuius initium, *Fortes per magnos æstus*, &c. totus deleatur. — Sicut etiam Aphorismus 51. cuius initium, *Thebæ Philosophus*, &c. — Et Aphorismus 59. cuius initium, *Mandragoram illam facit*, &c. — In Aphorismo 85. post illa verba, *Detrimenti accepisse*, dele usque ad finem Aphorismi.

CENTVRIA 6. Delendi etiam, Aphorismus 38. cuius initium, *Adversus quartanam*, &c. — Aphorismus 64. cuius initium, *Si vis scire an triticum*, &c. — In Aphorismo 74. post verba illa, *Si inde laventur*, dele usque ad, *Albertus, & Rasis*, exclus. — Aphorismus 78. cuius initium, *Ad experientiam eventum alicuius*, &c. — Aphorismus 87. cuius initium, *Refert Alexandrinus*, &c. — Aphorismus 92. cuius initium, *Atum equorum soleas*, &c.

CENTVRIA 7. In Aphorism. 21. post verba illa, *Colique dolores*, dele usque ad finem Aphorismi. — Aphorismo 60. post verba, *Conciliare traduntur*, *Plinius*, dele usque ad finem Aphorismi. — Aphorismo 87. post illa verba, *Non vivet Isidorus*, dele usque in finem Aphorismi. — Aphorismus 90. cuius initium, *Mulieres in mensa*, &c. totus deleatur.

CENTVRIA 8. In Aphorismo 18. dele ab initio, usque ad, *Et si in sanguine hirci*, exclus. — Aphorismus 33. cuius initium, *Illud peculiare sibi*, &c. deleatur totus. — Sicut etiam Aphor. 49. cuius initium, *Credas antiquitas*, &c. — Aphor. 81. cuius initium, *Si quis velit masculū*, &c. — Aphor. 91. cuius initium, *Vbi animal quodpiam*, &c.

CENTVRIA 9. Delendi toti Aphorismi sequentes. — Aphorismus 9. cuius initium, *Ligatum à quopiam malefico*, &c. — Aphorismus 19. cuius initium, *In Appennino Italia*, &c. — Aphorismus 46. cuius initium,

Percussus à Scorpione, &c. — Aphorismus 48. cuius initium, *Cum latronem*, &c. — in Aphorismo 57. post verba, *Illis non noceat*, dele usque ad finem Aphorismi.

EIVSDEM, MEMORABILIVM ARCANORVM NATVRÆ SYLVVLA, Lutetia apud Iacobum Kerner, 1565. prohibetur, donec expurgata & permessa prodeat. — Et similiter de *Arcanis naturæ*, Libri quatuor, apud eundem 1558. — Et similiter *Rerum agri secreta* pauperibus æque ac divitibus iucunda. Lutetia 1560.

EIVSDEM Horiorum secreta, cultus, & auxilia, iuxta editionem Lutetia, apud Federicum Morellum 1575. Vel alio titulo, *Historia Hortensium quatuor opusculis methodicis contexta*, &c. Colonia Agrippina apud Ioann. Gimnicum 1577. Hic verò sequimur Lutetia editionem.

Lib. 1. cap. 7. fol. 8. col. 2. post verba illa, *Scriptit Columella*, dele usque ad, *Nam quæcumque spectabit*, exclus. — Cap. 12. fol. 18. pagin. 1. deleatur totum cap. cum suo argumento, cuius initium, *Remedium præsentissimum*, &c. initium verò capitis, *Hoc loco mihi monendus est lector*, &c. fol. 34. — Cap. 13. fol. 19. pagin. 1. in principio, post verba illa, *à proximo omnes convenire*, dele usque ad illa, *Ad scorpionum fugam*, exclus. fol. 35. lin. 10. capitis. — Cap. 14. in princip. fol. 20. pagin. 1. post verba, *hæc paucis habeto*, dele usque ad, *Non defuerunt apud præcos*, excl. fol. 38.

EIVSDEM ALEXIKERVS.

Seu, *Auxiliaris, & medicus hortus*. Lutetia, apud Iacobum Kerner 1565. & apud Federicum Morellum 1574.

Campo 1. area. 1. fol. 2. pagin. 1. post medium, post illa verba, *Lactucam repeto*, dele usque ad, *Admonent in super Græci*, exclus. fol. 2. lin. 14.

EIVSDEM Artificiosa Methodus, comparandorum hortensium fructuum, &c. Lutetia apud Federicum Morellum 1575.

Cap. 5. fol. 8. pagin. 2. post illa verba, *Accommodabis methodo*, dele usque ad, *Sed de his satius*, exclus. fol. 15. lin. 22.

ANTONIVS Pellegrinus.

Eivs *Physiognomia naturalis*, prohibita Qui Liber olim Italicè editus est, sub titulo, *I segni de la natura del Huomo*, di Antonio Pellegrini.

E AN-

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

ANTONIVS Polus Venetus.

EIVS *Lucidarium Potestatis Papalis*, omnino prohibetur.

ANTONIVS Possevinus.

EIVS *Apparatus Sacri*, Venet. 1606. Col. 1608.

Tom. I. exedit. Veneta, pag. 679. §. *Constantinus Fontius*, post verba, *In Librum Iob*, adde, *Auctor hic damnatus est, & hoc loco per errorem insertus inter Auctores Catholicos, & Ecclesiasticos.*

ANTONIVS Rageius.

EIVS *Lucerna Parochorum.*

Seu Catechesis ad Parochos, sic corrigenda.

Ex titul. *De Sacramento Eucharistiae*, quæsto 42. num. 1. dele ab illis verbis, *Et hæc est communis opinio*, usque ad finem numer. ubi falso imponit Scoto, asseruisse, *Desinere esse Corpus Christi sub speciebus ad tactum statim labiorum*, & id non errorem, *Sed sententiam*, vocat, oppositumque, *opinionem*, nõ autem veritatem Catholicam.

ANTONIVS de Rampellogis.

EIVS *Figura Bibliorum*, Lugduni apud Gulielmum Rovillum anno 1558.

In Prologo, ad finem ibi, *Ut autem quæ sita facilius occurrat, fabulam finito Libro*, dele, *fabulam*, & lege, *Tabulam*.

Verbo, *Abstinencia*, Figura D. cuius initium, *Servus meus dirigit me*, pag. 9. in fine, ibi, *Filius eius spiritus est carnalis*, & c. pro, *Spiritus*, scribe, *spiritualis*, vel *spiritualiter*. — Ibidem pagin. 10. ibi, *Hæc anima Christi sponsa nullatenus ferre debet potenter potestatem super carnem*, & *carnis appetitus habere*. Corrige, & rescribe in hunc modum, *Hæc anima Christi sponsa nullatenus ferre debet carnis appetitum potestatem habere super ipsam. Affligat igitur ipsum.*

— Verbo, *Adulatio*, Figura, A. cuius initium, *Erat in ore meo dulce*, pag. 13. ad fin. ibi, *Non admisceamus in ipsis adulatoribus mel*, pro, *adulatoribus*, rescribe, *adulationis*. — Verbo, *Apostoli*, Figura, C. cuius initium, *Placebit Deo super visulum*, pag. 27. ad fin. ubi legitur, *Legimus dixisse nos*, dele, *nos*. — Verbo, *Ascensio*, Figura, C. cuius initium, *Via Aquila in celo*, pag. 44. ante medium,

ibi, *Ampliora recepturi per suam ineffabilem gloriam*, dele, *gloriam*, & substitue, *gratiam*. — Verbo, *Beatitudo*, Figura, B. cuius initium, *Qui biberit ex hac aqua*, pag. 78. parum ab initio, ibi, *Facti sunt ex gratia largitate peccatum*, pro, *peccatum*, substitue, *peccatorum*.

Verbo, *Charitas*, Figura, E. cuius initium, *Non comedetis ex eo crudum*, pag. 95. propè initium, ibi, *Non existentibus in charitate, magis ledit quam nutriunt*, corrige, & lege, *non existentibus in charitate, insipida sunt, nec nutriunt*. — Eodem verbo, Figura, G. cuius initium, *Ignis ante ipsum*, pag. 97. ad fin. ibi, *Die vero protegebat eos ab æstu*, adde, & lege, *Die vero columna nubis protegebat eos ab æstu*.

Verbo, *Corpus Christi*, Figura, A. cuius initium, *Panis cor hominis*, pag. 126. ad initium, ibi, Figura, C. cuius initium, *Cor vidua consolatus sum*, pag. 128. ad finem, post illa verba, *perdidit virum suum*, dele usque ad illa, *cogitur tantum mendicare*, exclus.

ANTONIVS Riccius Brixianus.

EIVS *Commentaria symbolica*. Venetijs apud Franciscum de Francischis 1599.

Pro toto hoc opere, quod constat binis voluminibus, sciendum in universum est, conflatum esse magna ex parte, ex placitis Platoniorum, Cabalistarum, Rabbiorum à communi sensu, & sermonis usu abhorrentibus: quæ, nisi arcana quadam ratione, & significatione accipias, planè erunt absurda, & falsa: propterea cautè legenda, & benignè intelligenda.

Ex secundo Tomo, pagina 211. colum. 1. num. 152. §. *Sol significat Sanctissimam Trinitatem*, paulò ante medium, post illa verba, *Radius, & Lumen, sic Pater, Filius, & Spiritus Sanctus*, dele 3. lineas, usque ad, & quemadmodum substantia, exclusivè.

ANTONIVS de Rosellis Aretinus.

EIVS *Tractatus, De potestate Imperatoris, & Papæ*, & c. qui habetur in volumine quinto Tractatum editionis antiquioris. Venetæ.

Fol. 92. Ver. *Plus videtur*, in principio, ibi, *coertioneque corporalem*, dele, *corporalem*. — Fol.

—Fol. 94. vers. *Ne prolixius*, num. 5. dele ab aliis verbis, *perfecto factum tale*, usque ad finem numeri. — Fol. 95. vers. *Decima rationi maxime*, num. 2. dele usque ad finem numeri. — Fol. 101. vers. *Ultimo videtur*, num. 20. dele ab illis verbis; *Et ad primum remittere teneo*, usque ad vers. *Nunc aliud restat dubium*, per quatuor columnas sequentes.

ANTONIUS Sabellicus.

Qui &, Marcus Antonius Sabellicus, Coccinus.

Eius opera duobus Tomis distincta, cū Gasparis Hedionis Historica Synopsis. Basil. ex officina Hervagiana 1538. & 1560. Accesserunt item alij duo Tomi 3. & 4. eorundem operum omnino corrigendi.

Tom. 1. in prima Libri facie, post, *Gasparis Hedionis historica Synopsis*, adde, *Auctoris damnati*. — Deinde in Epistolæ dedicatoriæ, seu Præfationis initio ad Sigismundum, quæ incipit, *Inter Temp.* &c. quæ est Hedionis, adhibe notam damnati scriptoris.

ÆNEADE 1. Lib. 8. ubi de Sautile ingressus in speluncam, pag. 123. initio post illa verba, *Qui illos sequutus est*, dele 9. lin. usque ad, *Sub id tempus*, &c. exclus. — Et eodem Lib. pag. 125. post medium, ubi de nece Saulis, post illa verba, *Pugnam ferociter ciēs occubuit*, dele tres lineas, usque ad, *Cæse sunt cum eo*, exclus.

Tom. 2. iterū in prima Libri facie, post, *Gasparis Hedionis Synopsis historicam*, adde, *Auctoris damnati*. — Et fol. 2. in Epistolæ dedicatoriæ inscriptione, ad Ioannem Comitem, quæ incipit, *Illustris Comes*, post, *Gaspar Hedio*, iterum adde, *Auctor damnatus*. — Et pag. 2. lin. 1. post, *Nobilissimus*, dele lineam, usque ad, *Ergo si movetur*, exclusivè.

ÆNEAD. 7. Lib. 7. ubi de Valeriano 32. Imper. pag. 272. à medio post illa verba, *Imperantibus, martyrio afficitur*, dele 3. lin. usque ad, *Lucius Pontifex*, excl. — **ÆNEAD.** 9. Lib. 1. pag. 469. ad fin. ubi de Ioannis Scotticæ, post illa verba, *Pontificatus anno 8.* dele usque ad decimam lineam, pag. 470. sequentis, ad illa verba, *Platina qui parum*, exclus. — Et lin. 15. à principio, ubi legitur, *Ioannis huius Pontificatu*, scribe, *Leontis huius*, &c. — Et post 5. alias lineas, ubi legitur, *Benedictus Pontifex Ioanni*, lege,

Leoni, &c. — Eodem libro pag. 475. in medio ubi de *Stephano VI. Pontifice*, post illa verba, *Omnia resciderit acta*, dele 8. lin. usque ad, *Stephano VI. Pontifice*, excl. — Et post alias 6. lineas, & post illa verba, *Pro irritis habuit*, dele usque ad, *Tenuit is sedem*, excl. — Et pag. 476. lin. 2. dele, *Fædo*, & *impio*. — Lin. 13. à principio, post illa verba, *Creatus fuerat secundo*, dele 2. lineas, usque ad, *Huic defuncto*, excl. — Et post mediū eiusdem paginæ, lin. 15. ab initio, dele *Priorum Pontificum culpa*, &c. ut iam ludibrio esset *sortidissimo cuique*.

LIB. 2. pag. 484. in medio, ubi de *Ioanne XII.* dele, *Homo ab adolescentia omnibus probis coopertus*. — Et lin. 16. à fine, post illa verba, *Ad illum literas dedere*, dele duas lineas, usque ad, *Otho seiva*, excl. — Et pag. 488. ubi de *Bonifacio VIII.* Linea 17. ab initio, dele, *Malis artibus*, & statim dele, *Siquidem male parata, male dilabuntur*, cum aliis sequentibus duodecim lineis, usque ad, *Fuit Pontifex Bonifacius*, exclus. — Et sequenti pag. 489. post medium, in *Ioanne XV.* post illa verba, *Huius nominis quintus decimus*, dele duas lineas, usque ad, *Est huius Pontificatu*, exclus.

Ad finem *Æneadis* undecimæ, post pag. 820. sequitur *Synopsis Gasparis Hedionis*, quæ tota est expungenda, postquam sequuntur, *Decem Libri Exemplorum*, qui annexantur huic 2. Tomo.

Ex Lib. 4. *Exemplorum*, cap. 7. pag. 56. Titulo de *Petro Apostolo*, dele integrum, per 5. lineas, usque ad Titulum de *Alphonso*, exclus. — Et Lib. 6. cap. 3. pag. 86. Titulo, de *Attila Rege*, dele, *Non quia è Cælo sit hominibus mali aliquid*.

Alij verò decem Libri *Exemplorum variorum*, continentur tomo 4. operum eiusdem Sabellici, in quibus nihil videtur corrigendum.

ANTONIUS Torquatus.

Eius *Prognosticon*, de maximis mutationibus Regnorum, & de eversione Europæ. Antuerpiæ 1552. seu ex quacumque alia editione, sive Latina, sive vulgari, omnino prohib.

ARCHANDAM, seu Archandum.

Seu, *Alexandrinus Astrologus*.

Eius Liber, *De veritatibus, & predictionibus Astrologiæ*, & præcipue *Nativitatum*. Paris. 1542. prohib.

E 2 AR

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

ARCHANGELVS Burgonoven-
fis.

EIVS *Cabalistarum selectiora dogmata*, à
Ioanne Pico ex eorum commentatio-
nibus excerpta, luculenter illustrata,
Venetijs 1569. prohibetur.

ARNALDVS de Villanova.

EIVS Opera iuxta editionem Lugduni
1520. ut notatur ad finem operum. Ex
quibus Reiciantur sequentes Tractatus.

Fol. 215. Tract. inscriptus, *Remedia
contra maleficia*, cuius initium est, *Sunt qui-
dam, qui maleficiis.* — Fol. 290. Tract. cui
titulus est, *Expositiones visionum, quæ fiunt
in somnijs*, incipit, *Philosophantes antiquos.*
— Fol. 293. Tract. qui inscribitur, *Capitu-
la Astrologie, De iudicijs infirmitatum*, vel,
De iudicijs Astronomie, cuius initium est,
Circa signa universalia. — Fol. 296. Liber
inscriptus, *Thesaurus Thesaurorum, Rosa-
rius Philosophorum*, incipit, *Iste namque Li-
ber vocatur Rosarius.* Circumfertur cū
*Ar-
tis aurifera*, quam Chimiam vocant, volu-
mine 2. & cum Philippi Cælo Philosopho-
rum. — Fol. 300. Tractatus inscriptus,
Novum lumen, cuius initium est, *Intellige
ergo dictum Philosophi.* — Fol. 301. Tract.
De Sigillis, incipit, *In nomine vivi Patris.*
— Fol. 302. Liber inscriptus, *Perfectum
magisterium*, vel, *Flos Florum*, cuius initium
est, *Scias charissime*, & circumferri solet,
cum, *Theatro Chimico.*

IN S. ATHANASII Opera, à Se-
ctariis vitiata.

Indices trium editionum operum S. Atha-
nasij, videlicet Basileensis 1564. — Et
Commelini Græco-Latina 1601. — Et
Parisijs apud Claudium Chappletum
1608. Quæ autem, in his editionibus,
notantur, & emendantur, in alijs etiam
editionibus, si fortè invenientur, simi-
liter notanda, & corrigenda sunt. Nam
etiam Athanasij opera sunt Parisiis ex-
cusa, 1572. Et Paris. apud Sonnum 1608.
& alibi fortè.

EX EDITIONE BASILÆ 1564. APVD
FROBEN.

In Elencho Opusculorum, qui est ad pagi-
nam primam ad finē, ubi legitur, *Wol-
fango Musculo interprete*, adde, *Auctore
damnato, verso tamen permessa.* Et simi-
liter tomo 4. in ipso titulo.

IN INDICE DELE SEQUENTIA. — *Ado-
rari solius Dei esse.* — *Imagines tollendas
esse, testimonia.*

EX EDITIONE GRÆCO-LATINA, EX
officina Commeliniana, 1601.

Tom. I. Deleatur tota Epistola dedicato-
ria, quæ incipit, *Si qui sunt Auctores*,
cum suo titulo.

IN INDICE DELENDA SEQUENTIA.

Adami, & Evæ status) dele, extrinsecus ha-
buit gratiam, non in suo corpore. — *Ado-
rari solius Dei est, nullius autem*, &c. —
Angeli non sunt) dele, *Non sunt ado-
randi. Non petendum quid ab eis.* —
Angeli non sunt invocandi. — *Chri-
stus non alius*) dele, *adoratur solus*,
— *Corpus Christi cibus non corporalis*,
sed spiritualis. — *Creatura omnis*) dele,
*nulla adoranda, nulla invocanda, Immo cū
adorare Ariariorum, & Ethnicorum su.*
— *De Deo extra Scripturas non loquen-
dum.* — *Dulia & Latria pro eodem* —
Episcopi Cæsarem, &c. — *Episcopis a Ca-
sare non conceditur*, &c. — *Episcopis abs-
que Imperatoris consensu*, &c. — *Nec ab
Ecclesijs suis abesse.* — *Ad Episcopos olim
politica*, &c. — *De Episcopis Imperato-
res*, &c. — *Episcopis fas non est regnare
in politia.* — *Fideles unum corpus*, pro-
pter Christum, &c. — *Hinc, & Christopho-
ri*, &c. *Coniunguntur cum Deo*, &c. —
Fidelis in fide confirmatus potest, &c. —
Fides peccata hominum, & lapsus, &c.
— *Gratiam*) dele, *nec ob eam impetran-
dam invocanda*, *Hæreses à fidelibus*, &c.
Hæreses sunt) dele, *Sunt manifestæ omni-
bus, & quomodo*, — *Idololatria est, Deum
corporalibus*, &c. — *Ieiunium frustra
observatur*, &c. — *Imperatores etiam
hæretici*, &c. — *Imperatori etiam hæreti-
co*, &c. — *Imperatori etiam hæretico
non*, &c. — *Imperatores etiam de Epif-
coporum*, &c. — *Imperatores possunt Epif-
copos*, &c. — *Invocatio nec Angelis, nec
ulla creaturæ competit.* — *Iustificatio fit
per fidem.* — *Iustificati quidā lege*, &c. —
Lege naturali quidam, &c. — *Magistra-
tus etiam hæretico*, &c. — *Preces ex fi-
de*) dele, *ad nullam creaturam dirigenda*,
nec ad Angelos quidem. — *Religionis cog-
nitio non indiget*, &c. — *Roma Thro-
nus*) dele, *Metropolis Romana.* — *De
Rom. Episcopi iudicio Synodus*, &c. —
Rom. Episcopus Synodi universalis &c.
— *Sancti non sunt adorandi. Non invo-
candi.* — *Scriptura Sacra sufficit ad*
ve-

veritatis, &c. — Scriptura sacra sufficit ad plenam, &c. — Scriptura sacra ita clara est, ut quisque, &c. — Scripturae sacrae etiam plebi, & magistratibus cognoscende. — Extra Scripturas, quae sunt nec loquenda, nec audienda. — Extra Scripturas sacras de Deo non loquendum, Neque quicquam ulterius inquirendum. — Scrutari de Deo extra Scripturas est prohibitum. Synodorum decreta Papa irrita facere nequit. — A Synodo licet provocare, &c.

Tomo secundo, averfa pagina, post primam Operis inscriptionem, in Elencho Opusculorum divi Athanasij, col. 1. ad finem, post illud, *Dialogi V. de Trinitate*, dele usque ad, *Quorum secundus*, excl. — Pag. 137. in titulo, *Athanasij Dialogi*, &c. post illud, *de sancta Trinitate*, dele usque ad finem Tituli. Deinde praecidatur tota immediatè subsequens Praefatio, quae incipit, *Quinque istorum*, &c.

Dialogo 1. pag. 138. colum. 1. in titulo, *S. Patris nostri*, &c. post vocem, *Arriani*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *ANOMOEVS*, excl. — Idem fiat in titulo Dialogi 2. pag. 159. colum. 1. — Dialogo 3. pag. 179. col. 1. in titulo, *S. Patris nostri*, post illud, *Adversus Orthodoxum*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *MACEDONIVS*, excl. — Dialogo 4. pag. 202. colum. 1. in titulo, *S. Patris nostri*, post illud, *seſtatore colloquutio*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *ORTHODOXVS*, excl. — Dialogo 5. pag. 210. col. 1. in titulo, *Dialogus Quintus*, post illud, *Gregorij Episcopi*, dele usque ad vocem eiusdem tituli, *APOLLINARIS*, excl.

IN INDICE SEQUENTIA DELEANTVR.

A. Adoratio cultus est soli Deo vero debita. Non Angelis deferendus. Non hominibus. — Adorari non debet, quod non est eiusdem naturae cum Deo. — Angeli non sunt adorandi. — Anima iustorum nondum sunt in regno caelorum.

Apocryphi non sunt Sapientia, Sirach, &c.) dele, Licet non sint canonici.

Athanasius Catholicus dele, Episcopus Oecumenicus.

C. Canonici libri soli legendi, & cur? — Canonici libri soli sunt fontes salutare, & pietatis schola. Soli sunt fidei anchora, & fulcimenta. Sufficiunt ad cognitionem

Dei. — Christus etiam) dele, Iustificat nos gratia sua, non ex operibus. — De Christo qui docet praeter ea, quae scripta sunt in Scripturis divinis, anathema. — Concupiscentia iustorum omnis bona. — Coniugium non est modus honorabilis, & purus propagandi genus humanum. — Coniugia consobrinorum legitima. — Coniugio libero utens ad sobolis propagationem in iuventute beatus. — Consobrinorum coniugia sunt legitima.

D. Dammati iuvantur orationibus, & oblationibus viventium.

E. Ecclesiae fundamentum est solus Christus, dele, solus. — In Ecclesijs funditur vinum, sive, &c.

G. Gratia Christi salvat nos per fidem, non per bona opera.

I. Imagines adorantur, non ut, &c. — Incruenti Sacrificij oblatio prodest mortuis) dele, etiam damnatis. — Iustitia Christi imputatur nobis. — Iustorum animae nondum sunt, &c.

L. Liberum arbitrium) dele, sufficit per se solum ad bona opera prestanda.

M. Martyrum corpora non servanda, &c.

O. Oecumenicus Episcopus est Alexandrinus. Operibus non iustificamur.

P. Peccata omnia per poenitentiam) dele, Item humilitate.

S. Sacrificij incruenti) dele, prodest etiam animabus damnatorum. — Sancti nondum sunt in regno caelorum, &c. — Sanctorum quorumque corpora non, &c. — Scortatio gravissimum omnium peccatorum. — Extra Scripturas de Fide querens, aut investigans, ludit. — Extra Scripturas de Christo docens anathema. — Extra Scripturas de Deo nihil investigandum. — Succedere Apostolis non in throno, & cathedra consistit, sed in doctrina, & vita.

T. Tobia liber non est canonicus, permissus tamen in veteri Ecclesia legi ipsis Catechumenis.

EX EDITIONE PARISIIS AERVD CLAVDII Chappletum 1608.

In Indice dele sequentia. — Angeli se creaturas esse nequaquam adorandas cognoscunt. — Angeli non sunt adorandi. — Corporis peccatum omnium gravius est. — Creatura sunt Angeli, & nequaquam adorande. — Crux execrabilis. — Imagines Sanctorum memoria tantum, & recordationis gratia effinguntur. — Imagines Christiani non adorant. — Scriptura Sacra per se sufficit ad veritatis indicationem

E 3 Quia

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

Quia tamen antiquiores alia editiones quamvis minus depravatae, nō nihil tamē Labis in Indicibus habent, expurgandae quoque sunt; Parisiensis editio 1572. & 1581. Basiliensis apud Frobenium 1556. Ex quarum Indicibus expungenda, hæc: *Adorari solius Dei esse.* — *Crux execrabilis.* — *Scriptura Sacra sufficiunt,* &c. — *Synodus nulla est,* &c. — Illi verò Dialogi quinque eiusdem Arhanasij ex interpretatione Theodori Bezae, Græcè, & Latine, Genevæ apud Henricū Stephanum, quoniam ex Hæresiarchæ versione, suspecti de errore, & impostura esse debent.

AVGERIVS FERRERVS *Tolosæ.*

EIVS *Vera medendi Methodus*, duobus Libris comprehensa. Lugduni ex officina Ludovici Cloquemini 1574. & apud Franciscum Fabium 1602. corrigenda.

Ex Lib. 2. expungendum totum caput undecimum, quod inscribitur, *De Homericæ medicatione*, & incipit, *Cum neque victu*, &c. pag. 213.

•S. AVGVSTINI *Opera à Sectariis vitata.*

CVM multæ extiterint S. August. operum editiones, & illæ præsertim, quæ ante annum 1576. prodierunt, vel hæreticorum opera, & industria, vel ex officinis Typographicis Sectariorum, cū depravatis Indicibus, vel Scholijs, & annotationum marginalibus inquinatis; quorū aliquæ, si non omnia, etiā in posterioribus, & correctioribus editionib⁹ huc usq; hæsisse videtur; præsertim in Indicibus, aut malè, aut malitiosè concinnatis; vel indicatis, quæ re vera Augustinus non dicit; visū est operæ pretium, tum illas ipsas varias, atq; diversas editiones indicare, tum non unā tantum expurgationem subijcere: sed vel duas, tresve præcipuas, quæ tamen omnibus servant.

Excusa sunt ergo Augustini opera, præsertim quædam Augustini opuscula, Paris. 1502. Item *Sermones, & Evangelia*, Paris. apud Mag. Bertholdum Remvolt, & in officinis Ioan. Coberger, ac Iodoci Badij ann. 1516. Nurebergæ ex officina Friderici Peypus 1517. Basileæ apud Frobenium 1529. Parisijs per Claudium Chevalloniū 1531. cum annotationibus Erasmi, & Ludovici Vives. Lutetiæ 1541. & Psalmi Parisijs apud Ambrosium Girault 1543. &

iterum Parisijs apud Carolam Guillard viduā Claudij Chevalloni, & Guilhelmū Desboys 1555. & eodem anno Lugduni, & iterū Basileæ ex officina Frobeniana 1556. Iterum Lugduni 1561. 1562. & 1563. Vener. apud hæredes Melchioris Sessæ 1570. Parisijs apud Morellium, & Nivellium 1571. Venetijs apud Valgrisiū in 4. 1571. Antuerpiæ apud Plantinum 1576. 1577. 1579. Venetijs apud Franciscum Senensem 1584. Lugduni 1586. & apud Iacobum Stoer, sine loco impressionis 1596. Tandem Parisijs 1613.

TOMO PRIMO.

In Epistola Dedicatoria Erasmi ad Alphonsum Fonsecam Archiepiscopum Toleranum, *En totus*, &c. circa initium 2. col. dele, *Adolescens habuit*, usq; ad, *Inductus est*, exclus. — Et initio 4. col. dele *Qui morbus ferè*, usque ad, *à quo malo*, exclus. — Et aliquanto post dele, *Hæc non eo*, &c. usque ad, *Præcipue verò*, exclus. — Colum. 5. ante fin. dele, & *ad amas res*, &c. usque ad, *Eadem mansuetudine*, exclus. — Et non multò post, dele, *Amabat perfectam*, &c. usque ad, *En aliud*, exclus. — Colum. 7. ante medium, dele, *Itaque conciliandi*, &c. usque ad, *Nec edificandi*, exclus. — Colum. 10. sub initium, dele, *Tot sunt*, &c. usque ad, *Atque in Augustino*, &c. — Colum. 12. circa medium, dele, *Verum in omnibus*, &c. usque ad, *Nihil tamen horum*, exclus. — Col. 14. in medio, dele, *Nisi quod in*, &c. usque ad, *Decimum volumen*, exclus.

In Regulis, quæ in Parisiensi editione anni 1531. habentur ante vitam S. Augustini scriptam à Possidonio, anni vero 1555. versus finem tomi, fol. 189. pag. 2. dele totam Erasmi censuram præfixā regulæ tertiæ, atq; incipientē, *Hæc regula*, &c.

In ipsa vita S. Augustini per Possidonium, dele has marginales notas cap. 18. (erratè 17. in editione illa anni 1555.) *Cæsar pronuntiat*, &c. — Cap. 22. *Vbi hic Balthæus*, &c. — Cap. 24. *Hoc exemplum*, &c. — *Quis hoc nunc*, &c. — *Aliud nunc*. — *O scelus*, &c.

TOMO SECUNDO.

In Epistola Erasmi ad pium Lectorem, quæ incipit, *Ex calce*, &c. post integras lineas Græcas, dele, *Ad hoc speculum*, &c. usque ad, *ex alijs*, exclus.

In

In ipsis Augustini Epistolis, (quarum prima verba indicamus) dele notas hanc marginis.

In Epistola 3. *Legi tuas literas*, dele, *Eximie cuiusdam*, &c. In 10. *Ex quo Capi*, dele, *Nunc non ignoscunt*. In 11. *Tres simul*, post medium, dele, *Prolixius Augustinus*, &c. In 19. *Iam pridem*, satis ante medium, dele, *Sacramenta Legis*, &c. & paulo post, dele, *Ob scandalum*, &c. & post medium Epistolae, dele, *Imo non adstruit*. In 23. *Queris à me*, satis ante medium, dele, *Etiā infantibus*, &c. In 48. *Accepi Epistolam*, aliquantum post initium, dele, *Terrorem probat*, &c. Et satis ante finem eiusdem Epistolae, dele, *Hoc nimium crebro*, &c. In 50. *Laudo*, & *gratulor*, longe post medium, dele, *Sacerdotes dispensatores*, &c. In 53. *Optas admodum*, dele, *Non iteranda penitentia*. In 54. *Negotiosissimum*, ad finem, dele, *Leges civiles*, &c. In 91. *Inquirendis*, dele in Titulo verba illa, *In hac Epistola*, usque ad, *Cogimur*, inclus. Et in 95. *Inter ceteras*, dele etiam in Titulo, *Eiusdē ingenij Epistola*, & infra in margine, dele, *Etiā Romana Ecclesia*. In 96. *Fraternitatis vestrae*, in Titulo post verbum, *Respondet*, dele reliquum tituli. In 105. *In Epistola quam*, &c. longe post medium, dele, *Hoc Ambrosius*. In 107. *Cum de te*, post medium, dele, *Eucharistia infantium*. In 109. *Sicut parata est*, ad medium dele, notam Græcē, *Mi*: & mox, dele, *Hoc nunc*, &c. In 119. *Lectis literis*, cap. 20. dele, *Ciborum delectus*. In 121. *Et pisse te*, capit. 16. dele, *Vbi rei*, In 168. *Sen Deus*, dele, *Nunc exuruntur*.

Ante Epistolam 199. est annotatio, quæ incipit, *Mulier quadam*, ex qua delenda sunt illa verba, *Suspicans eos*, &c. usque ad, *Resiliit*, exclus.

TOMO QUARTO.

In Libro de Mendacio ad Consentium cap. 13. dele potam marg. *Quando mentiri*, &c. — In altero Lib. ad eundem Consentium, contra mendacium, capit. 15. dele, *Tolerabilius potuisse*, &c. — In Lib. de Cura pro mortuis cap. 12. dele, *Mortuorum anima*, &c. — In Lib. de bono viduitatis, dele totam censuram præfixam, *Mira dictionis*, &c.

TOMO QUINTO.

Ex Commentarijs Ioannis Ludovici Vi-

ves, & Erasmi in Lib. eiusdem S. Augustini de *Civitate Dei*, dele sequentia.

In Epist. Dedicatoria ad Henricum VIII. Regem Angliæ, *Ita comparatum est*, &c. sub initium, post verba illa, *Permagni aestimarent*, dele usque ad, *Sed qui studijs suis*, exclus.

Post Præfationem ad Lectorem, dele aliam subsequentem à principio, *Narravit hodie mihi*, usque ad titulum, *Quinam hominum fuerunt Gothi*, exclus.

LIB. I. cap. 21. post verba, *Disertis verbis Deo*, dele usque ad illa, *Ite, Iudic*, exclusivè. — Cap. 27. dele totum Commentarium, *Quibus baptizatos alloquendo*, &c.

LIB. 3. cap. 10. post verba, *Muneris alieni*, dele usque ad finem Commentarii.

LIB. 5. cap. 25. post verba, *Imperator Romanae urbis*, dele usque ad, *In tyrannis opprimendis*, exclus.

LIB. 6. cap. 4. post verba, *Verum esse cum antecedente*, dele usque ad finem Commentarii.

LIB. 7. cap. 26. post verba, *Et exhaust domos* dele usque ad, *Ganymedes Troi*, exclus.

LIB. 8. in Proemio post verba, *à nostris hominibus*, dele usque ad, *Prorsus sunt ignorata*, exclus.

Cap. 27. post verba, *Nec eorum probra*, dele usque ad, *Invenit hordei segetem*, exclusivè.

LIB. 9. capit. 17. dele totum Commentarium.

LIB. 11. cap. 18. post verba, *Esse in Paulo ait*, dele usque ad finem Commentarii.

LIB. 12. cap. 9. post verba, *Amoris Divini gratiam*, dele usque ad, *Secretis animarum*, exclus.

LIB. 13. cap. 11. post verba, *Quando ergo in morte*, dele usque ad, *Loquamur ergo secundum*, exclus.

LIB. 15. cap. 7. post verba, *Sed animum dantis*, dele usque ad, *Qui tamen eum*, exclusivè.

Cap. 23. post verba, *Damonum fuisse operationes*, dele usque ad, *Consuetudo quippe*, exclus.

LIB. 16. cap. 37. post verba, *Non cibi genere*, dele usque ad finem capituli.

Cap. 43. post verba, *Balbutientissime garrulant*, dele usque ad finem capituli.

LIB. 17. cap. 5. post verba, *Epida, gerebat*, dele usque ad, *Benedicere primitias*, exclus.

LIB. 18. capit. 18. post verba, *Communicare*

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

nicare creatura, dele usque ad, Phantasticum autem, excl.

Cap. 22. post verba, *Quam urbem Romam, dele usque ad, In ea verò alibi, exclus.* — Cap. 31. post verba, *Tulerit ad Danielelem, dele usque ad, Porro Habacuc vaticinatus, exclusivè.* — Capit. 52. aliquantum ante medium post verba, *Sæculi est, vale, dele usque ad, Hac persecutione, excl.*

Lib. 19. cap. 6. ibi, *Tanquam religiosissima retinere, dele, Tanquam religiosissima. Et ad marg. scribe, Cautè legatur.* — Cap. 19. post illa verba. *In Monte Thabor, dele usque ad finem capituli.*

Lib. 20. cap. 26. dele totam annotationem.

Lib. 21. capit. 7. dele Commentarium à principio, usque ad illa verba, *Sufficiensque responsio, excl.*

TOMO SEXTO.

In Sexto Tomo, dele sequentes marginales notas. — Lib. de Hæresibus ad • Quod vult Deum, num. 4. *Sola fides.* — Num. 57. *Monachi otiosi.* — Lib. 1. Contra Maximum Arrianum, ante medium, *Hoc nunc fit, &c.* — Lib. 3. cap. 5. *Contagio terrena, &c.*

TOMO SEPTIMO.

In Tomo Septimo, dele similiter hæc notas marginales.

Lib. 2. contra literas Petiliani, versus finem, id est, cap. 108. *Id negant, &c.*

Lib. 2. De Baptismo contra Donatistas, cap. 7. *Non est in Evangelio. Et Lib. 6. cap. 4. Ecclesia occulta.*

Lib. 1. De peccatorum meritis, cap. 18. *Infantes, ut credunt.* — Et cap. 19. *Eucharistia etiam, &c.* — Et cap. 20. *Nunc parvulis.* — Et Lib. 2. cap. 16. *Solebon.*

Lib. 1. contra duas epistolas Pelagian. cap. 11. idem illud verbum Græcum deleatur. — Et cap. 22. *Eucharistia parvulis.* — Et Lib. 4. *Eucharistia infantium.*

Lib. 1. contra Iulianum, cap. 2. post novem columnas, *Eucharistia in parvulis.*

Lib. 5. Hypognosticon, post medium, *Eucharistia parvulis, &c.* — Et paulò inferius, *Purgatorium, &c.*

TOMO DECIMO.

In Tractatu de Vanitate sæculi, deleatur

Prohib. & Expurg.

nota marginalis, *Vbi nunc Purgatorium?*

INDICES VARIORUM OPERUM
Augustini variarum editionum
corrigendi.

INDEX EDITIONIS PARISIENSIS PER
Claudium Chevallonium 1531. corrigendus, & delenda sequentia.

A. Adorare) dele, *Solus Deus adorandus, — Adorari non vult Deus corporaliter, sicut non videri. — Cur adorari nolint sancti Angeli, aut iusti homines. — Angeli) dele, Angeli, & omnes caelestes virtutes corporeæ. — Corpus Angelicum inferius est, quam anima. — Nec eis templa construimus. — Angeli, nec boni, nec mali colendi. — Angelos adorantes prohibentur.*

B. Baptismus) dele, *Baptismus extra Ecclesiam acceptus. — Baptismus accipi potest extra Ecclesiam, sed non prodest.*

C. Carnium eius) dele, *Carnium supersticiosa abstinencia. — Caritas) dele, Caritas solam præcipit Scriptura. — Corpus & Sanguis Christi) dele, Corporis sui signum dedit Christus. — Concubina) dele, Qui concubinas ante coniugium habere præsumit, peius facit, quam qui adulterium committit.*

D. Dæmones) dele, *Dæmonibus senium, & corpora tribuit Augustinus. — Damna-re) dele, Damnantur, & ij, qui iustificari non poterunt. — Deus) dele, Deus, etiam ubi nō habitat, operatur. — Donum) dele, Dona sua, non merita nostra coronat Deus.*

E. Ecclesiæ fides) dele, *Etiam Romana Ecclesia credit Eucharistiam parvulis necessariam. — Extra Ecclesiam Catholicam baptismus nemini prodest. — Eucharistia) dele, Quæ de carne sua manducanda Christus proposuit, spiritualiter sunt intelligenda. — Eucharistiam infantibus putat necessariam Augustinus. — Eucharistia etiam infantibus necessaria, ut baptismus. — Eucharistia parvulis sub utraque specie. — Exaudire) dele, Exauditur diabolus, & non exauditur Apostolus. — Exequiæ) dele, In exequiis ad spiritus mortuorum non pervenit, nisi quod secum vivi fecerunt. — Pompe in exequiis vivorum sunt solatia, non mortuorum adiutoria.*

G. Gratia) dele, *Ex gratia salus, non ex libero arbitrio. — Omnia nostra gratia Dei adscribenda, non libero arbitrio. — Gratia, & meritum pugnant. — Gratia salvamur, non operibus.*

H. Ho-

- H. Homicidium) dele, *Homicidium con-*
donatum ijs qui occiderunt Christum.
- I. Iustificari) dele, *Iustificatio ex fide im-*
petratur. — *Iustitia Dei dicitur, non so-*
lum qua ipse iustus est, sed qua nos iustifi-
cat. — *Commendatio iustitia, que ex fide*
est, adversus eos, qui gloriantur de sua ius-
titia, que est ex operibus. — *Iustitia no-*
stra ex fide est, & qua sit iustitia fidei. —
Iustitia, quam colles excipiunt, est fides.
— *Iustus nemo iustitia sua.* — *Iusti ab*
iniustis, non operum, sed fidei lege discer-
nuntur. — *Iustus dicitur fidelis, ex quo*
credidit, & facta est ei dimissio peccato-
rum, licet de ista residua vita, sine peccato
esse non possit.
- L. Lex) dele, *Lex data est, ut abundaret*
peccatum, & superabundaret gratia. —
Liberum arbitrium) dele, Liberum ar-
bitrium perfectum fuit in primo homine, in
nobis autem ante gratiam non est liberum
arbitrium.
- M. Merita) dele, *Contra meritum huma-*
num, pro gratia abundanter disputatum,
— *Meritum hominis nullum.* — *Meritum*
humanum statuentes, Christi gratia eva-
cuant. — *Non merita nostra, sed dona sua*
Deus coronat in nobis. — *Meritum, &*
gratia pugnant. — *Meritum credendo com-*
paratur. — *Merita nostra non attendit*
Deus. — *Merita nostra non sunt nisi Dei*
dona. — *Aliud meremur, aliud speramus.*
Monachus) dele, Monachatum ample-
gentes spe vivendi otiose. — *Mortui)*
dele, Mortuorum exequie magis vivorum
solacia sunt, quam defunctorum subsidia.
— *Mulier) Mulier non est imago Dei.*
- O. Opera bona) dele, *Opera non precedunt*
iustificationem. — *Oratio) dele Quisquis*
oraverit Deum, prater Templum Dei, non
exauditur ad salutem eternam, etiamsi
exaudiat ad salutem temporalem. —
Orare si vis in templo, in te ora. — *Tem-*
plum Dei, in quo orandum, homo est. —
Orandum est occulte.
- P. Panis Sacramentum) dele, *Panis de*
Regno Dei Christus, & fide comeditur. —
Panis spiritualis, vel est Eucharistia, vel
Verbum Dei. Promissio) dele, Promissio,
& lex opponuntur.
- Q. Quiaquid promissit Deus, indignis pro-
missis, ut non quasi ex operibus merces pro-
mitteretur, sed gratia a suo nomine gratis
datur.
- S. Sacramentum) dele, *ex latere Christi*
manarunt duo Sacramenta. — *Sacramen-*

- ta non reiteranda.* — *Sancti dele, Sancti*
quomodo honorandi, non adorandi. — *San-*
ctis non erigimus templa, sed memorias fa-
bricamus, tanquam hominibus mortuis.
— *Sancti nolunt adorari.*
- T. Tegere) dele, *Tegat Deus peccata*
tua, non tu. — *Templum) dele, In Tem-*
plo vis orare, in te ora.
- V. Vxor) dele, *Vxores plures habere cau-*
sa posteritatis lex nulla prohibebat.

EX INDICE OPERVM EIVSDEM
Sancti Augustini. Basilicæ ex officina
Frobeniana 1556. dele sequentia.

- A. Abrahæ peccata non esse peccata. —
Absolutio peccatorum per Ecclesiam dari
potest, suscipi autem peccator, nisi à Do-
mino non potest. — *Solus Deus adorandus.*
- C. Creature adoranda non sunt, propie-
rea quod sancta quedam figurarunt. —
Angeli corporei sunt. — *Angeli sunt cor-*
porei. — *Angelorum cibus naturalis, quem*
comedere videntur. — *Angelos habere cor-*
pora. — *Angeli prius omnia cognoverunt*
in Deo, quam crearentur. — *Anima non*
punitur, quia peccavit, sed quia de peccato
non doluit. — *Animalia bruta plurima*
per Spiritum Sanctum sanctificari. — *Ava-*
ri, raptores, &c. non pertinent ad Eccle-
siam. — *Avarum si accusas, accusas Deum.*
— *Aversio Angelorum à Deo, est causa*
iustitie ipsarum.
- B. Baptismus extra Ecclesiam esse potest,
sed non prodesse. — *Baptismus nihil*
prodesse, nisi iustificemur. — *Baptismi aqua*
etiam extra Ecclesiam, non tantum non
prodest, sed obest. — *Baptismus sine cha-*
ritate nihil prodest. — *Homines, nec in-*
cipere, nec perficere bonum, sed solum
Deum. — *Nemo bonus timore pœna, sed*
amore iustitie. — *Bonis omnia bona sunt*
bona, malis verò mala.
- C. Cecidit homo sponte, sponte resurge-
re non potest. — *Cantandum corde,*
non carne. — *Caro concupiscit sine*
anima. — *Caro Christi nihil prodest*
— *Carnales etiam sancti.* — *Cate-*
chumenus bene vivens, ante susceptum
baptismum decedens, damnatur. — *Co-*
to uxorem suam laudabiliter alteri tradi-
dit. — *Sine charitate nemo quicquam bo-*
ni facit. — *Sola charitas non datur extra*
Catholicam.
- Qualiter in Christo Deitas passa dicatur.*
Verus Christus ante Virginis conceptum.
Christi

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

—Christi imprudentia. — Christiani idololatra. — Celibatus apud Christianos non præferatur nuptijs Patriarcharum. Communia sunt omnia iustis, non iure humano sed divino. — Non Conciliorum, sed Scripturarum auctoritati innitendum est. — Confessio proximo sano facienda, si non adsit Sacerdos. — Prius quam confessio ad os veniat, Deus peccata dimittit. — Consuetudo facit peccatum inevitabile. — Corpus Christi mysticum est sacrificium. — Corpus suum dixit Christus, cum signum daret corporis sui. — Credere, vel non credere, non liberum esse. — Demones corpora habere, quibus ignis item supplicium sentiunt. — Demones habere animas rationales, & hominibus esse superiores. — Demones nunquam fuisse aequales Angelis. — A damnatione sola fides Iesu Christi liberat. — Non solum malum fuisse, sed etiam bonum egisse, damnabile est. Immortalis Deus, quomodo dicatur secundum animam. — Temporalitas Deitatis. — Deus bonum, & malum fecit. — Deus operatur, etiam ubi non habitat. — Deum peccatores non possunt laudare. Diabolus quomodo aliquando beatus, sciens futuram suam iniquitatem. — Dilectionem inimici parum commendavit Ioannes in Epistolis. — Dona sua, non merita nostra coronat in nobis Dominus. Ecclesia multis annis ante Christi adventum non apparuit. — Ecclesia Christianorum est congregatio magis pecorum. — Ecclesiam sequatur qui Scripturarum auctoritatem non habet. — Eleemosyna utilis malis negatur, quam conceditur. — Episcopatus minor presbyterio, ex usu Ecclesie. — Episcopum Episcoporum nemo tempore Augustini se constituit. — In Eucharistia figuram corporis, & sanguinis sui tradidit Dominus. — Eucharistiam infanti- bus necessariam, ut Baptismus. — Eucharistia parvulis sub utraque specie. — Eucharistiam non esse sacrificium, sed sacrificij memoriam. — Eucharistia parvulis necessaria. — Excusationem peccatorum prædestinatio Dei non admittit. — Exequiarum pompam magis vivorum, quam mortuorum esse solatium. Fidem opera necessario sequuntur. — Fides nulla est sine bonis operibus. — Fides Christianorum semper habet coniunctam charitatem. — Fides sine spe, & charitate esse non potest. — Fides Christiani cum dilectione est, demonis autem sine dilectione.

Fides non opera, iustos ab iniustis discernit. — Fidem non miraculis, nec visionibus confirmari. — Fides nostra, iustitia nostra est. — Fides Catholica iustos ab iniustis discernit. — Per solā fidem iustificamur. — Fide sua quisque salvatur. — Fides sola damnatione liberat. — Fides operum tollitur. — Non omnis gratia a Deo est. Ex primis hominibus, si unus peccasset, unus tantum punctus fuisset. Imaginum adoratores taxantur. — Imaginum usus prohibitus. — Imagines ex desiderio morientium capte constitui. — Contra cultores imaginum. — Iusti sola fide sumus. — Iustum dici etiam eum, qui veram iustitiam nondum apprehendit. — Iusti, & iniusti non operibus, sed fide discernuntur. Liberum arbitrium diabolus non habet. — Liberum arbitrium sine gratia Dei nihil potest. — Liberum arbitrium si homini esset sine gratia, frustra oraremus, Ne nos inducas, &c. — Liberum arbitrium ita est, ut sine gratia Dei nihil valeat. — Contra liberi arbitrij defensores. — Liberum arbitrium homo habuit, sed per peccatum perdidit. — Liberum arbitrium nullum sine gratia, nec in paradiso. — Liberum arbitrium nihil moremur. — Et quod primi parentis peccato amissum sit. — Liberum arbitrium habuit Adam, post cuius lapsum nos in necessitatem precipitati sumus. — Liberum arbitrium non ex se, sed ex gratia liberum dicitur. — Liberum arbitrium in omnibus est, sed in Christianis solum per gratiam. M. Machabeorum liber apochryphus. — Maria, etiam in Christi passione, de ipso dubitavit. — Maria patrem fuisse quandam Ioachim minimè credendum. — Maria genuit, & non genuit Filium Dei. — Matrimonium omnibus concessum, qui continere non possunt. — Omnes aequales erimus in accipienda mercede. — Meritum nostrum nullum est, sed unius Dei. — Ex meritis nulli salutem contingere. — Merito nostro nihil accipimus, sed sola gratia. — Meritum misericordie nullum est. — Meritum operum nostrorum procul abesto. — Meritis non salvamur, sed meritis damnamur. — Meritis nostris vitam æternam non meremur. — Christus, non minister, Spiritu sancto baptizat. — Ministri vita, sive bona, sive mala, Ecclesie neque prodest, neque obest. — Ad

monachatum plerique spe otij veniunt. — Mortuos non statim ad sanctorum locum deferri, sed in requie diem Domini expectare. — Mortuis nulla cura de visis. — Mortuis nullum auxilium misericordia preberi potest. — Prime nuptie melioris sunt meriti, quam secunde. — Et primas non nisi incontinentia gratia concessas esse.

O. Otij spe plerique monachatum amplectuntur. — Non opera, sed fides iustos ab iniustis discernit. — Opera etsi non iustificent, ad salutem tamen necessaria sunt. — Opera bona sine fide peccata sunt potius. — Opera bona nihil profunt sine fide. — Opera nostra nos non salvare. — Orantes sine templo Dei, non exaudiuntur. — Orationes nostre ingratis. — Oratio, nisi bona vita precedat, non exauditur. — Orantibus Apostolo, & Diabolo, exauditus est Diabolus, & non Apostolus.

P. Peccare semel non damnat, nisi iterum delinquamus. — Ad peccatum sumus liberi, non ad iustitiam. — Peccatum mundum non haberet, si Christus non venisset. — Peccatum in Spiritum sanctum, personam, & non Deitatem respicit. — Peccatum originale Deus solus tollit, & si homo aggravet, vel relevet. — Peccatum originale per fidem Ecclesia remittitur. — Peccata venialia multiplicata damnant. — Peccata per Baptismum omnia dimittuntur, quæ post illum perpetrantur. — Peccata non omnibus, sed quos præcivit, dimittit. — Peccata omnia per fidem dimittuntur. — Persona vocabulum, propter Latine lingue inopiam, in divinis assumptum. — Petrum Christum non respexit corporaliter. — Petrus primatum sibi nunquam vindicavit. — Pœnitentia non iteranda. — Purgatorius ignis post hanc vitam, an sit, dubitat Augustinus. — Purgatorium post hanc esse vitam incredibile non est, sed utrum sit, queri potest. — In futuro seculo nihil aliud, quam condemnatio, aut remuneratio est. — Purgatorium non inveniri in Scripturis.

S. Sacramenta omnia sine charitate ad damnationem haberi. — Sacramenta duo Christianorum Baptismus, & Eucharistia. — Sanctorum legendas esse apochryphas. — Sancti amandi, & imitandi, non colendi sunt. — Sancti honorandi imitatione, non adoratione. — Sanctis, nec templa statuimus, nec sacrificia. — Sanctos non honoramus oblationibus. — De San-

ctis non præsumendum, nec sperandum. — Sanctorum invocationem præcavit Ioannes. — Sancti mortui post hanc vitam subvenire non possunt. — Nec in iustum, & sanctum hominem est sperandum. — Sancti non sunt mediatores inter Deum, & hominem. — Sancti mortui post hanc vitam subvenire non possunt. — A simulachris cavendum, nec excusari, quod non ipsa, sed quæ per illa significatur, colamus. — Simulachrum Dei in templis ponere nefas est Christianis. — In simulachris nulla utilitas. — Simulachrorum inventio multa mala attulit. — Simulachra non reiciebant Manichei, ut paganos suæ sectæ conciliarent. — Simulachra colentium errores. — Simulachrorum usus unde caperit. — Contra simulachra. — Contra eos, qui dicunt simulachra non colo, sed per ea ad id, quod colere debeo, adhortor. — Simulachra adorantes, quibus errores suos excusent.

T. Templum Angelis non sunt construenda. — Sanctis edificare Templum non licet. — Templum creaturis edificare sacrilegum est. — Virgines sacra nuptis non æquanda. — Felicior est mulier nupta, quam virgo nuptura. — Vxorum pluralitas propterea crimen, quia mos non est.

INDEX Tom. quinti, apud Ambrosium, & Aurelium fratres. Basileæ 1570. Delenda quæ sequuntur.

Angelos non posse esse mediatores nostros. — Animam rationalem animalium tria genera habent, Dii, Dæmones, & Homines. — Animas rationales Dæmones habere. — Ex animabus hominum Diabolos fieri. — Carnem non esse causam peccatorum. — Corpora Diabolos habere. — Diaboli naturam esse malam. — Iustitia Dei non est, quæ timore poenarum constituitur. — Quæ Sanctorum veniam impetrent, difficile est invenire. — A peccatis uno Christi sacrificio liberati sumus. — Simulachrorum usum etiam detestantur pagani. — Simulachra reprehendit Sacra Scriptura. — Per Simulachra Dæmones in suam nos trahunt captivitatem.

INDEX Eorundem operum Augustini. Lugduni 1586. In quo delenda.

Redere, vel non credere liberum esse, Dogmatistarum error. — Inter Dæmones, & Mathematicos Societas. — Dæmonum sensus, ac corporum excellentia. — Dæmones, & Dii

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

& Dij sunt animalia, & natura diversi. — An credendum sit, quod Dij boni lubentius Demonibus, quam hominibus misceantur. — An Demonibus nuntius, & Interpretibus Dij utantur, &c. — Non sunt mediatores inter nos, & Deos. — Vtrum doleant in corporibus suis innuit esse incertum, &c. — Demones habere corpora aerea in quibus patiuntur ab igne innuitur. — Deus solus invisibilis. — Opera bona malus habere non potest, sicut nec bonus mala. — Peccatum Christi. — Peccata semel dimissa redire. — Peccatorum remissionem non prestant mali, licet sacram ministrant. — Peccata omnia per fidem dimittuntur. — Quæ verò verbo, Vxor, indicantur, caute legenda.

INDEX Sancti Augustini, in Psalm. Paris. apud Ambrosium Girault. 1543.

- A. Angelorum anima sanctæ. Item, anima Angelorum. Item, Ad animas, seu spiritus Defunctorum non pervenit, nisi quod secum vivi ferunt.
- B. Item, Bona opera extra fidem facta, impia sunt. Item, Bonum soli Deo tribuendum. Item, Bona sine fide facta, bona non sunt.
- C. Christus à tempore non capit. Item, Christus in corde nostro, fides eius est. — Christi verbis nihil addendum. — Christianum esse, an satis ad salutem. — Christiani Iudeis peiores, addendum est, Mali. — Christiani nominati sunt ab Apostolis conversi, non Petriani, nec Pauliani. — Corporis, & sanguinis figuram Discipulis Christus commendavit.
- E. Ecclesia per gratiam Christi salva, non per meritum suum. — Episcoporum superbia.
- F. Fides mala omnium malorum causa.
- G. Gratia Dei liberamur, non meritis operum. — Gratia salvi facti sumus per fidem. — Gratiarum actio omnes cibos Christianis mundos reddit.
- I. Iustitia Dei nostra sit, cum nobis donatur. Item, Iustitia ex fide.
- L. Lex Dei an ab homine impleri possit?
- M. Meritum nostrum ostendere si velimus, supplicium meremur. — Merito nostro nihil Deo dignum possumus. — Merita coronantur, non nostra, sed Dei. — Merita si coronantur, iam merces est, non gratia. — Merita sunt in nobis suppliciorum, non merita bonorum. — Meritorum iactatores alieni à gratia. — Meritis nostris infirmus sumus. Misericordia Dei robusti. — Meritis nostris nullis inventis, voluntatis sue

gratia nos salvos Deus fecit. — Meritis nullis suis se liberatum certum ad Deum pervenit. — Monastica vitæ laus, & vituperatio, dele, vituperatio. — Mortuorum ad spiritus non pervenit, nisi quod secum vivi ferunt. — Mortui an tangerentur de malis suorum.

- O. Opera nostra bona ex Dei gratia sunt, non ex nostris viribus. — Opera, quantumvis bona præter fidem facta, Deo gratia non sunt. — Opera sua in nobis coronat Deus. — Operum hominum causa fere necessitas. — Operibus, & meritis suis nitentes, ad gratiam Christi non pertinent. — Orationis secretum. — Orationum nostrarum vanitas.
- P. Peccatum vel invitis nobis inhabitat. — Peccati auctor an sit Deus. — Peccati solus homo capax. — Petriani, aut Pauliani appellati non sunt, sed Christiani, qui ab Apostolis in fide velut geniti sunt.
- S. Sacramentum Eucharistia, etsi visibile sit, invisibiliter tamen, & spiritualiter debet intelligi. — Sancti omnes per fidem salvi facti sunt. — Sanctum quomodo se dicat quilibet homo Christianus. — Simulachrorum adoratores, ridiculi. — Simulachrorum interpretationes damnande. — Ad spiritus mortuorum non pervenit, nisi quod vivi secum ferunt.

INDEX D. August. in Sermon. & in Evang. S. Ioann. Impress. apud Mag. Berthold. Rembolt. Paris. & in officin. Coberger, ac Iodoci Badij, ann. 1516.

A. Anima defunctorum an habeant curam de vivis. — Christianus non est, qui maleficos, Mathematicos, aut sortilegos consultat: vel qui verba turpia, & luxuriosa profert. — Coronando Deus merita nostra, nihil coronat, nisi dona sua. — Credere in Christum opus Dei, & non nostrum. — Eleemosyna sine ieiunio sufficit non valenti ieiunare; sed ieiunium sine eleemosyna omnino nullum est bonum. — Eleemosyna neminem sinit intrare in gehennam. — Eleemosyna non sinit vivere in tenebras. — Exaudire non vult Deus peccatores. — Fides demonum, & fides Sanctorum sola charitate discernitur. — Fides Catholica Christiano necessaria est, quia in ipsa distinguuntur Filij Dei, à filiis Diaboli: filij lucis à tenebrarum; hac porta vite est, &c. — Iustitia nihil aliud est, quam non peccare. — Legem fides implet,

non

non nostrum liberum arbitrium. — Quod liberum arbitrium proprie non sit, nisi in bono. — Mortuis non profunt exequiae. — Opera bona nemo malus facere potest, quando est malus; & opera mala nemo facere potest, quando bonus est. — Opera eius aliquando videntur bona: sine fide & charitate inania sunt. — Peccatis qui perseverat, non qui peccat, odibilis est Deo. — Sacramenta corporalia apud hereticos sunt, sed virtute carent. — Sacramenta quamvis habeant heretici, sunt tamen sine fructu. — Virgo sit in fide conscientia, ubi non potest à concubinato caro esse integra, dele, à concubinato, & scribe, à concubinato, & in matrimonio. Nam hoc est, quod dicit Augustinus.

INDEX Editionis, per Iacobum Stoer, ann. 1546. sine loco impressionis. In 4.

LITERA S. post, Sanctorum cultus, &c. L. dele, quod sequitur, & quod memoriam quidem illorum celebremus, non invocemus.

INDEX Opusculorum AVGVSTINI. Paris. ann. 1552.

VERBO, Peccatum, dele, Ad peccatum in quos transmittatur difficile est diffinire,

INDEX S. AVGVSTINI Parisiis 1586. corrigendus, & delenda.

Baptismus necat. — Simulachrorum pestilens cultus. — Penitentia sera taxatur. — Incredibile est Christum resurrexisse in carne, & in Cælum ascendisse cum carne. — Deus Patri est præponendus. Fides operibus præponenda. — Peccatorum non auctor, sed ordinator Deus. — Peccata quadam fieri necessitate. Peccata iusta quæ sunt. — Penitentia sera est infructuosa. — Maria fuit mater humanitatis Christi, non Divinitatis. — Peccata semel dimissa redire. — Confessio non est necessaria ad salutem. — Laudat vitam, moresque Pelagij. — Creatura non colende, neque adorande. — Creatura omnis corporea. — Creatura est eadem cum Deo. — Angeli comederunt verè, non phantastice, qui visibiliter, & tractabiliter apparebant, non tamen necessitate, sed potestate, ut Christus post resurrectionem suam verè comedit. — Homo natura est malus. — Cato se occidit victoriam Imperatoris impatienter ferens, & ei subijci nolens, & per hoc ostendunt beatitudinem esse in hac vita.

FORVNDEM Operum D. AVGVSTINI Epitome, per Ioannem Piscatorium Lithopolitanum. Augustæ Vindelicorum, apud Henricum Steiner 1537. & Geneva, apud Ioannem Crispinum 1565. Et eadem Epitome recognita, & aucta per Ioannem Pesselium Tylanum, cuius etià opera recens accessit, ex eodem Augustino collectus, de Septem Sacramentis, tomus 4. Colonia 1539. corrigenda.

In Epistola operi à Ioanne Piscatorio, ann. 37. præmissa, circa medium Epistolæ, dele, Quod vocant. — Et circa finem Epistolæ, dele, Proinde, quod te præterire, usque ad, Tu vero integerrime Lector. exclus.

ITEM Divi Augustini operum editio, Venetijs 1570. & 1584. in 4. tom. 2. epist. 96. quæ est Innocentij, & inscribitur, Innocent. superiori respondet, dele quod in ipsa inscriptione additum certè à Sectario aliquo: Sævus potius quam eruditus, & ad damnandum, quam ad docendum instructor.

ITEM Aurelij Augustini Dulci loquiorum libri tres ex Bibliotheca. Romæstorianæ veteri manuscripto exemplari, nunc primum editi Herbone Nassovii 1614. expungenda est Epistola ad lectorem inserta, & inscripta à Guillemo Rolichio. sectario.

AVGVSTINVS Steuchus Eugubinus.

EIVS Opera, quæ extant tribus tomis collecta. Parisijs, apud Michaëlem Sonnum 1578. Quæ autem impressa sunt Venetijs. 1591. sunt correctiora.

TOMO PRIMO.

EX COSMOPOEIA. Nisi fuerit ex emendatis, & impressis Venetijs 1591.

In cap. 1. Genes. in illud, In principio creavit Deus cælum & terram, fol. 11. pag. 2. D. post illud, Memoratur apud Mosem, dele usque ad, Fueruntque apud Græcos, exclus.

EX TRACTATV DE CREATIONE Angelorum, de cælo Emphyreo, &c. seu, ut alias inscribitur, de Rebus incorporeis, & invisibilibus.

In Titulo ipso Tractatus, fol. 89. pag. 1. A. expunge verba illa, Quod cælum Emphyreum non sit creatum. — In ipso Tract. fol. 93. p. 1. C. post illud, Animorum habitationem, dele omnia, usque ad illud, fol. 94. pag. 1. B. Aliam autem à nobis est, exclus.

F EIVS

NDICES
Librorum
PROHIBITORUM
E. V.
24.

EVSDem Veteris Testamenti ad Hebraicam veritatem recognitio.

GENES. 2. ad illud, *Plantaverat autem Dominus Paradisum*, fol. 108. pag. 1. A. post illud, *Et nunc fit, & homines*, dele usque ad, *Congruo tempore*, exclus. — Genes. 5. ad illud, *Et ambulavit Enoch cum Deo*, folio 115. pag. 1. C. dele notam marginalem, *Tu- lit enim Deus, id est, mortuus est*. — Genes. 11. ad verbum, *Babel*, fol. 123. pag. 2. E. S. Error quoque est in eo, dele totum, S. usque ad S. Error quoque in numero, exclus. — Genes. 30. ad illud, *Posuitque virgas in canali- bus*, fol. 135. pag. 1. C. ibi, *Hoc frustra addi- tum est*, dele, frustra. — Genes. 33. ad illud, *Centum agnis*, fol. 137. pag. 1. A. post illud, *Centum denarijs, aut obolis*, dele usque ad, *Asserunt enim Hebraei*, exclus. — Et infe- rius ibidem lit. B. post illud, *Mirum, quod Hieronymus*, dele usque ad, *Iosue ultimo, vertit*, excl. — Genes. 38. ad illud, *Ipsa, & Iras opilio gregis*, fol. 140. pag. 1. A. post il- lud, *Contextus Hebraicus*, dele usque ad, *Quod & vocum interpres*, exclus. — Ibid. paulo inferius, post illud, *Relictam esse hanc Scripturam*, dele usque ad S. *Assumpsit the- ristrum*, exclus. — Ibid. lit. C. ad illud, *Pa- riar quod vis, si dederis harrabonem*, ibi, *Quod male uterque accepit*, dele, male. — Deinde post illud, *Sape interrogativa est*, dele usque ad, *Et diceret Thamar*, exclus.

EXOD. 21. ad illud, *Cum quali veste intra- vit*, fol. 156. pag. 2. F. post illud, *Corpus sem- per significet*, dele usque ad S. *Efferat eum Dominus*, exclus. — Exod. 33. ad illud, *Osten- de mihi faciem tuam*, fol. 160. p. 1. A. post il- lud, *Faciem tuam*, dele usque ad, *Hodghani*, exclus. — Et mox, post illud, *Mihi via tua*, dele usque ad S. *Si non tu ipse*, exclusivè. — Exod. 34. ad illud, *Et ignorabat, quod cornu- ta esset facies*, fol. 160. p. 1. C. post illud, *Vox ambigua*, dele usque ad, *Quamvis etiam sit discrimen*, exclus. — Et ibi, *Igitur non habe- tur in contextu*, dele, non. — Deinde, ibi, *Sed radiantem, pro, sed, scribe, vel*. — Et paulo inferius, post illud, *Esset radians*, dele usque ad, *Sed, & frons, & nasus*, exclus. — Ibid. pag. 2. D. post illud in fine præceden- tis pag. *Et mentum radiabant*, dele usque, *Septuaginta, &* post vocem, *Septuaginta*, de- le usque ad, *Bene hunc locum*, exclus.

LEVIT. 3. ad illud, *Pabulum ignis*, folio 162. p. 1. A. post illud, *Pabulum ignis*, dele usque ad, *Lechem*, excl. — Et mox ibi, *Dei, non ignis esse*, dele, non. — Levit. 11. ad vo- cem, *Chorogrillus*, fol. 163. p. 2. D. post il-

lud, *Subterranea vocantur*, dele usque ad, S. *Lepus quoque*, exclus. — Levit. 14. ad il- lud, *Quos vesci licitum est*, fol. 164. p. 1. C. post illud, *Additum ab ipso interprete*, dele usque ad, *Omittitur etiam*, exclus. — Levit. 21. ad illud, *Si parvo, vel grandi, &c.* Folio 166. p. 1. B. ibi, *Ab ipso interprete ficta sunt*, dele ficta. — Deinde post illud, *Sed de naso simo*, dele usque ad, *Fæditas in naso*, exclus. — Levit. 25. ad illud, *Et frugum superabun- dantiam, &c. ibi, Imò ad aliud refertur*, dele, Imò. — Deinde, post illud, *Ei cibum tuum*, dele usque ad, *Quod etiam Septuaginta*, ex- clus. — Cap. 27. ad illud, *Homo, qui votum fecerit, &c.* fol. 167. pag. 1. B. post illud, *Ip- se sit, qui vovet*, dele usque ad, *Septuaginta verò*, exclus.

NUM. 8. ad illud, *In Australi plaga*, folio 171. pag. 2. F. post illud, *Contra faciem can- delabri*, dele usque ad, *Neque satis liquet*, exclus.

NUM. 10. ad illud, *Quidquid optimum, &c.* fol. 173. pagina 2. A. ibi, *Superflue ad- ditum est*, dele, *Superflue*. — Et post illud, *Additum est operibus*, dele usque ad, *Hebrai- ca*. — Et post vocem, *Hebraica*, dele us- que, *Sic habent*, exclusivè. — Num. 11. ad illud, *Quasi dolentium, &c.* fol. 173. pa- gina 2. A. post illud, *Conquestos fuisse*, dele usque ad, *Itaque sic &c.* exclusivè. — Et in- ferius, post illud, *Itineris laborem*, dele us- que ad S. *Et absorptus est*, exclusivè. — Num. 14. ad illud, *Te autem faciam Principem, &c.* fol. 175. pag. 2. F. post illud, *Principem super gentem magnam*, dele usque ad, *Cre- do tamen Hieronymum*, exclusivè. — Num. 16. ad illud, *An & oculos, &c.* fol. 177. pa- gina 1. A. post illud, *Illorum erues*, dele us- que ad, *De exploratoribus*, exclus. — Num. 17. ad illud, *Abique virga Aaron*, fol. 177. pag. 2. D. post vocem, *Omittitur*, dele usque ad, *Scilicet*, exclusivè. — Et paulo inferius, post illud, *Principatum obtineret*, dele us- que ad S. *In domo Levi*, exclus. — Num. 20. ad illud, *Ingressusque Moses dimissa multi- tudine*, fol. 178. pagina 2. D. post vocem, *Multitudine*, dele usque ad, *Locus sic ha- bet*, exclus. — Eodem cap. ad illud, *Percun- ctas familias suas*, fol. 179. pag. 1. C. post. *Familias suas*, dele usque ad Hebraicum, *Colibith*, exclus. — Cap. 25. ad illud, *Intra- vit ad scortum*, fol. 182. pag. 1. A. post il- lud, *Sapius admonuimus*, dele usque ad, *Verborum differentiam*, exclusivè. — Et pau- lo inferius, post illud, *Non prima*, dele us- que ad, *Nam quod*, exclus. — Num. 29. ad illud

illud, *Tres decimas*, fol. 184. pag. 1. A. post illud, *Cuique una decima dabatur*, dele usque ad, *Nam & septuaginta*, exclusif.

DEUTERON. 4. in illud, *à summo celi*, usque ad, &c. fol. 188. pagina 2. E. ibi, *Error*. — Deuteronom. 12. ad illud, *Hoc est integrum*, &c. folio 192. pagina 1. C. post illud, *Mundus comedit ipsum*, dele usque ad, *Hoc vero potest esse*, exclusif. — Deuteronom. 22. ad illud, *Facies murum tecti*, fol. 199. pagina 1. C. post illud, *Quoque polluitur*, dele usque ad, *Nam & Rabbi*, exclusif. — Ibidem inferius, pagina 2. D. post illud, *Coronam, vallum*, dele usque ad, *Cum enim dicitur*, exclusif. — Et deinde post illud, *Ex ipso tecto*, dele usque ad, *Septuaginta*. — Et post vocem *Septuaginta*, dele usque ad vocem Græcam, *eanpeli*, exclusif. — Deuteronom. 23. ad illud, *Gerens paxillum in balneo*, fol. 197. pag. 1. A. post illud, *Perinde, ac ligon*, dele usque ad, *Septuaginta*, exclusif. — Et mox post illud, *In zona tua*, dele usque ad, *Ea vox ligonem*, exclusif. — Cap. 27. ad illud, *Qui dormit cum omni iumento*, fol. 198. pag. 1. C. ibi, *Verum etiam id peccatur à Septuaginta*, dele, *Id peccatur à*. — Deuteronom. 28. ad illud, *Et illuviarum secundarum*, fol. 199. A. post illud, *De femore eius*, dele usque ad, *Devorabunt, inquit*, exclusif.

IVSDEM in Iob. cap. 6. ad illud, *Confusi sunt, quia speravi*, fol. 215. pagin. 1. B. post illud, *Quoque Hebraei consentiunt*, dele usque ad, *Quodque sequitur*, exclusif. — Et mox post illud, *Venerunt quoque usque ad me*, dele, usque ad, *Venerunt*, exclusif. — Cap. 7. ad illud, *Vistas eum diluculo*, fol. 216. pag. 2. D. ibi, *Est clarius, & verius*, dele, *Et verius*. — Et mox, ibi, *Hec verior lectio*, dele, *verior*. — Cap. 17. ad illud, *Libera me, & pone me*, &c. fol. 228. pag. 1. F. ibi, *Nam quod noster dixit*, dele, *Nam quod*. — Et mox, ibi, *Libera me, redundat*, dele, *redundat*. — Cap. 22. fol. 239. pag. 2. F. ibi, *Sed quod noster dixit. Dabit pro terra silicem*, dele, *Sed quod*. — Et post vocem, *Silicem*, dele usque ad, *Quod dixit silicem*, exclusif. — Cap. 28. ad illud, *Nec invenitur in terra suaviter viventium*, fol. 246. pagin. 1. C. post vocem, *Viventium*, dele usque ad, *Simpliciter, nec invenitur*, exclusif. — Cap. 30. ad illud, *Qui inter huiusmodi letantur*, fol. 246. pag. 2. ibi, *Verius in fonte*, dele, *Verius*. — Eodem cap. ad illud, *Verum tamen non ad consumptionem eorum*, &c. folio 247. pag. 2. D. post illud, *Suppetias in*

sepulchro, dele usque ad, *Et in dimidio eiusdem*, exclusif. — Ibidem paulò inferius, ad illud, *Si corruerint, ipse salvabis*, post illud, *Is est sensus*, dele usque ad, *Hebraicè, Snagh*, exclusif. — Et paulò inferius, post illud, *Sentientibus, placet*, dele usque ad, *Quo prosequitur*, exclusif. — Cap. 40. ad illud, *Stringit caudam suam quasi cedrum*, fol. 263. quod per errorem est, 257. pag. 2. D. ibi, *Quod noster nimis alienè dixit*, dele, *Nimis alienè*. — Et mox, post illud, *Dixit, strinxit*, dele usque ad, *Hebraicè est*, exclusif. — Cap. 41. ad illud, *Non parcam et verbis potentibus*, fol. 265. pagin. 1. A. post illud, *Et ad deprecandum compositis*, dele usque ad, *quod dixit, non parcam*, exclusif. — Ibid. paulò inferius, post illud, *Etiam testibus magistris*, dele usque ad, *Apud Græcos variant*, exclusif.

TOMO SECVNDO.

